

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com


Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres


W 383
glb

MARCI ANTONINI
PHILOSOPHI
COMMENTARII

QVOS IPSE SIBI SCRIPSIT



LIPSIÆ
SVMTV E. B. SCHWICKERT
MDCCLXXV



ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α΄,

ΠΑΡΑ τῷ πάππῳ Ούγγῳ, τὸ καλῶδες, καὶ αἰό-
γητον.

β'. Παρὰ τῆς δόξης, καὶ μνήμης, τῆς περὶ τῷ
γεννήσαντος, τὸ αἰδῆμον, καὶ ἀρρενικόν.


γ'. Παρὰ τῆς μητρὸς, τῷ Θεοσεβεί, καὶ μεταδο-
τικόν καὶ ἐφεκτικόν ἔ μόνον τῷ κακοποιεῖν, ἀλλὰ καὶ
τῷ ἐπὶ ἐννοίας γίνεσθαι τοιαύτης. ἔτι δὲ τὸ λιτόν κατὰ
τὴν δίαίταν, καὶ πόρρω τῆς πλυσιακῆς διαγωγῆς.

MARCI ANTONINI
IMPERATORIS
EORVM, QVAE AD SEIPSVM,
LIBER I.

AB auctore meo Verò *accepisse agnosco*, moribus esse candi-
dis, et ab iracundia alienis.

2. A fama memoriaeque genitoris mei, modestam simul
ac masculam indolem.

3. A matre pietatis studium, et largiendi promtitudi-
nem: nec a malo patrando tantum, sed cogitando etiam,
continenter victu simplici, quique ab opulentorum more
ac instituto abscedat quam longissime, contentum esse.



δ'. Παρὰ τῇ προπάππῃ, τὸ μὴ εἰς δημοσίας διατριβάς Φοιτῆσαι· καὶ τὸ ἀγαθοῖς διδασκάλοις κατ' οἶκον χεῖσασθαι· καὶ τὸ γινῶναι, ὅτι εἰς τὰ τοιαῦτα δεῖ ἐκτενῶς ἀναλίσκειν.

ε'. Παρὰ τῇ τρυφῇ, τὸ μῆτε Πρασιανὸς, μῆτε Βενετιανὸς, μῆτε παλμυλάρειος, ἢ σκυτάρειος γενέσθαι· καὶ τὸ Φερέποντον, καὶ ὀλγოდεῖς, καὶ αὐτρεγικόν· καὶ τὸ ἀπολύπταγμον, καὶ τὸ δυσπρόσδεκτον διαβολῆς.

ς'. Παρὰ Διογνήτῃ, τὸ ἀκνέοςπῃδον· καὶ τὸ ἀπιστητικὸν τοῖς ὑπὸ τῶν τερατευομένων καὶ γοήτων περὶ ἐπωδῶν, καὶ περὶ δαιμόνων ἀποπομπῆς, καὶ τῶν τοιῶτων, λεγομένοις· καὶ τὸ μὴ ὀρτυγοτροφεῖν, μηδὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπτοῆσθαι· καὶ τὸ ἀνέχεσθαι παρρησίας· καὶ τὸ οἰκειωθῆναι φιλοσοφίᾳ· καὶ τὸ ἀκῆσαι, πρῶτον μὲν Βακχίῃ, εἶτα Τανδάσιδος, καὶ Μαρκιανῆ· καὶ τὸ γράψαι διαλόγους ἐν παιδί· καὶ τὸ σκίμποδος καὶ δοξαῖς ἐπιθυμῆσαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐχόμενα.

4. A proauo, quod publicas exercitationes non adierim; quodque bonis praeceptoribus priuatim sum usus; et quod in res istiusmodi impense erogandum intellexerim.

5. Ab educatore, ne in certamine equestri Praefinae aut Venetae factioni, neue in gladiatorio Thraci aut Secutori fautor fierem: ut labores sustinerem; minimo contentus agerem; operi manus admouerem; negotiis alienis me neutiquam immiscerem; nec delationem facilius ullam admitterem.

6. A Diogneto, ne rebus inanibus studium impenderem: neue eis fidem haberem, quae a praestigiatoribus magisque de incantationibus, deque daemonibus auerruncandis, aliisque eiusmodi *impossuvis* dicuntur; ne cornices ad pugnam alerem, neue infana rerum istiusmodi admiratione tenerer: utque libere dicta aequanimiter sustinerem. *eidem debeo*, quod Philosophiae me addixerim; quodque Bacchinum primum, tum Tandafidem, et Marcianum audiverim: quod dialogos, puer adhuc, conscripserim: quodque *pro stratis* grabatulum ac pellem expetuerim; ceteraque institutionis graecanicae adminicula.

ζ'. Παρὰ Ρατίης, τὸ λαβεῖν Φαντασίαν τῷ χρη-
 ζειν διορθώσεως, καὶ Θεραπείας τῷ ἥθους· καὶ τὸ μὴ
 ἐντραπήναι εἰς ἕλπον σοφιστικόν, μηδὲ τῷ συγγράφειν
 περὶ τῶν θεωρημάτων, ἢ προτρεπτικὰ λογάρια διαλέ-
 γεσθαι, ἢ Φαντασιοπλήκτως τὸν ἀσκητικόν, ἢ τὸν εὐε-
 γητικὸν ἄνδρα ἐπιδείκνυσθαι· καὶ τὸ ἀποστῆναι ῥητορικῆς
 καὶ ποιητικῆς, καὶ ἀπειρολογίας· καὶ τὸ μὴ ἐν πολλῇ κατ'
 οἶκον περιπατεῖν, μηδὲ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν· καὶ τὸ τὰ
 ἐπιστολά ἀφελῶς γράφειν, οἷον τὸ ὑπ' αὐτῷ τέττα ἀπὸ
 Σινέσσης τῇ μητρὶ μὲν γράφειν· καὶ τὸ πρὸς τὰς χα-
 λεπήναντας καὶ πλημμελήσαντας εὐανακλήτως καὶ εὐ-
 διαλέκτως, ἐπειδὴν τάχιστα αὐτοὶ ἐπανελθεῖν ἐδεή-
 σωσι, διακεῖσθαι· καὶ τὸ ἀκριβῶς ἀναγινώσκειν, καὶ μὴ
 ἀρκεῖσθαι περιεσέντα ὁλοσχερῶς, μηδὲ τοῖς περιλαλοῦ-
 ταχέως συγκατατίθεσθαι· καὶ τὸ ἐντυχεῖν τοῖς Ἐπικτη-
 τείοις ὑπομνήμασιν, ὧν αἰχθεύων μετέδωκε.

η'. Παρὰ Ἀπολλωνίᾳ, τὸ ἐλεύθερον, καὶ ἀναυφι-
 βόλως ἀκῦβευτον· καὶ πρὸς μηδὲν ἄλλο ἀποβλεπεῖν,

7. A Rustico; quod in eam cogitationem deucenerim,
 morum correctione curationeque indigere me: quodque ad
 aemulationem ambitionemque sophisticam nullus declinaue-
 rim, vel de theorematibus aliquid conscribendo, vel orationu-
 culas hortatorias declamando, vel exercitia obeundi operas-
 que edendi peritiam ostentando, quo ad stuporem ac admi-
 rationem mei homines traherem: quod rhetoricae item,
 poeticaeque, et dictionis elegantioris studia desierim: ac ne
 togatus intra aedes chambulare, neue eiusmodi alia, *quae
 fastum resipere*, facerem: epistolas etiam simpliciter scri-
 berem, ad normam scilicet earum, quas Sinuessa ad matrem
 meam idem ipse dederat: ad haec ut placabilis et reconci-
 liatu, facilis essem aduersus eos, qui offensionis causam de-
 derint, aut deliquerint aliquid, simulatque illi in gratiam
 redire vellent: porro ut accurate legerem; nec comprehen-
 sione summaria contentus essem; nec garrulis quibusuis te-
 mere assentirer; *huic denique debet*, quod Epicetii commen-
 tarios legerim, quorum is e domo sua copiam mihi fecit.

8. Ab Apollonio, ut liber essem; firmumque ac cerrum
 citra fluctuationem omnem, consilii ingeniique tenorem reti-

μηδὲ ἐπ' ὀλίγον, ἢ πρὸς τὸν λόγον· καὶ τὸ αἰεὶ ὁμοῦν, ἐν ἀλγηδόσιν ὀξείαις, ἐν ἀποβολῇ τέκνη, ἐν μακραῖς νόσοις· καὶ τὸ ἐπὶ παραδείγματος ζῶντος ἰδεῖν ἐναργῶς, ὅτι δύναται ὁ αὐτὸς σφοδρότατος εἶναι καὶ ἀνιμένος· καὶ τὸ ἐν ταῖς ἐξηγήσεσι μὴ δυσχεραντικόν· καὶ τὸ ἰδεῖν ἄνθρωπον σαφῶς ἐλάχισον τῶν ἑαυτῷ καλῶν ἡγόμενον τὴν ἐμπειρίαν, καὶ τὴν ἐντρέχειαν τὴν περὶ τὸ παραδιδόναι τὰ θεώρηματα· καὶ τὸ μαθεῖν, πῶς δεῖ λαμβάνειν τὰς δοκῶσας χάριτας παρὰ φίλων, μήτε ἐξηγητῶμενον διὰ ταῦτα, μήτε ἀναιδιότως παραπέμποντα.

θ'. Παρὰ Σέξτη, τὸ εὐμενές· καὶ τὸ παράδειγμα τῷ οἴκῃ τῷ πατρονομικόν· καὶ τὴν ἔννοιαν τῇ κατὰ φύσιν ζῆν· καὶ τὸ σεμνὸν ἀπλάσως· καὶ τὸ σοφαστικὸν τῶν φίλων κηδεμονικῶς· καὶ τὸ ἀνεκτικὸν τῶν ἰδιωτῶν, καὶ τὸ ἀθεώρητον τῶν οἰομένων· καὶ τὸ πρὸς πάντας εὐάρεστον, ὥστε κολακείας μὲν πάσης προσηνεύεραν

nerem; neque aliud quidquam, vel minimum, praeter rationem solam, intuerer: ut idem semper essem, in doloribus acerrimis, in liberorum amissione, in morbis diuturnis: ad haec, quod in ipso, tamquam in exemplari viuo, euidenter conspexerim, posse eundem, *prout occasiones se debant*, et vehementissimum, et remissum esse, sed et quod in disciplinis tradendis neutiquam morose se gereret: quodque hominem viderim, qui peritiam suam et in theorematibus tradendis solertiam, bonorum suorum minimum existimare se, palam faceret: ab isto didici, et quomodo beneficia, quae dicuntur, ab amicis accipere oporteret, ut nec acceptis obnoxius fierem, nec citra sensum tamen omnem transmitterem.

9. A Sexto, beneuolum erga alios adfectum: familiaeque adfectu paterno administratae specimen: ac de vita naturae conuenienter instituenda cogitationem: grauitatem item neutiquam personatam: et sedulam amicorum obseruationem: et imperitorum, eorumque, qui citra considerationem opinione mera ducuntur, tolerationem: et mores quibusuis accommodatos, ita ut, quamuis consuetudo ipsius

εἶναι τὴν ὁμιλίαν αὐτῆ, αἰδεσιμώτατον δὲ αὐτοῖς ἐκεί-
νοις παρ' αὐτὸν ἐκκῖνον τὸν καιρὸν εἶναι· καὶ τὸ κατα-
ληπτικῶς καὶ ὁδῶ ἐξευρετικόν τε καὶ τακτικόν τῶν εἰς
βίον ἀναγκαίων δογμάτων· καὶ τὸ μηδὲ ἔμφασιν ποτε
ὀργῆς, ἢ ἄλλῃ τινὲς πάθους παραχεῖν, ἀλλὰ ἅμα μὲν
ἀπαθέτατον εἶναι, ἅμα δὲ φιλοσοργότατον· καὶ τὸ
εὐφημόν, καὶ τῷτο ἀψοφητί· καὶ τὸ πολυμαθὲς ἀνε-
πιφάντως.

ί. Παρὰ Ἀλεξάνδρῃ τῇ γραμματικῇ, τὸ ἀνεπι-
πληκτόν· καὶ τὸ μὴ ὀνειδιστικῶς ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν
βάρβαρον, ἢ σόλοικόν τι, ἢ ἀπηχῆς προνεγκαμένων,
ἀλλ' ἐπιδεξίως αὐτὸ μόνον ἐκείνο, ὃ ἔδει εἰρῆσθαι, προ-
φέρεισθαι, ἐν τρόπῳ ἀποκρίσεως, ἢ συνεπιμαρτυρήσεως,
ἢ συνδιαλήψεως περὶ αὐτῆ τῇ πράγματι, ἔχῃ περὶ
τῆ ῥήματος, ἢ δὲ ἐτέρας τινὲς τοιαύτης ἐμμελὲς παρ-
υπομνήσεως.

ιά. Παρὰ Φρόντωνος, τὸ ἐπιστῆσαι, οἷα ἡ τυραννι-
κὴ βασκανία, καὶ ποικιλία, καὶ ὑπόκρισις· καὶ ὅτι ὡς

adulationem omnem suavitatem vicerit, in veneratione tamen
eisdem ipsis eodem ipso tempore non minus exstiterit: ad
haec dilucidam ac methodicam cum inuentionem, tum dispo-
sitionem decretorum eiusmodi, quae ad vitam recte insti-
tuendam conducere: quodque, nec iracundiae, nec pertur-
bationis alius alicuius, indicium exhiberem; sed quum ad-
fectibus immunis prorsus existerem, ad adfectum genuinum
essem tamen propensissimus: fauere promptus, sed sine stre-
pitu: varietateque, citra ostentationem, eruditus.

ΙΟ. Ab Alexandro grammatico, increpationibus absti-
nere; nec probro excipere, si quis barbarum quid, vel so-
loecum, vel absonum protulerit; sed illud tantum, quod di-
ci debuerat, dextre proponere; idque sub specie vel re-
spondendi, vel calculum dictis adiiciendi, vel de re ipsa,
non autem de dictione, una dispiciendi, vel per aliam ali-
quam istiusmodi scitam, sed quae oblique facta sit, commo-
nesactionem.

ΙΙ. A Frontone, ut scirem, quae inuidencia, versutia,
simulatio tyrannidem consequatur: quodque ut plurimum,

ἐπίπαν οἱ καλέμενοι ὅτοι παρ' ἡμῖν εὐπατεῖσαι, ἀσπογότεροί πως εἰσί.

ιβ'. Παρὰ Ἀλεξάνδρου τῷ Πλατωνικῷ, τὸ μὴ πολ-
λάκις, μηδὲ χωρὶς ἀνάγκης λέγειν πρὸς τινα, ἢ ἐν
ἐπιστολῇ γράφειν, ὅτι ἀσχολός εἰμι· μηδὲ διὰ τοιαῦτα
τρέπῃ συνεχῶς παραιτεῖσθαι τὰ κατὰ τὰς πρὸς τοὺς
συμβιῶντας χεῖρεις καθήκοντα, προβαλλόμενον τὰ πε-
ριεσῶτα πράγματα.

ιγ'. Παρὰ Κατέλης, τὸ μὴ ὀλιγώρως ἔχειν φίλα
αἰτιώμεν· τι, καὶ τύχῃ ἀλόγως αἰτιώμενος, ἀλλὰ πει-
ρᾶσθαι καὶ ἀποκαθίστασαι ἐπὶ τὸ σῦνθεσ· καὶ τὸ περὶ
τῶν διδασκάλων ἐκθύμως εὐφημον, οἷα τὰ περὶ Δομι-
τίου καὶ Ἀθηνόδοτου ἀπομνημονευόμενα· καὶ τὸ περὶ τὰ
τέκνα ἀληθινῶς ἀγαπητικόν.

ιδ'. Παρὰ τῷ ἀδελφῷ μὲ Σεχέρῃ τὸ Φιλοκίσιον,
καὶ Φιλάληδες, καὶ Φιλοδίκαιον· καὶ τὸ δὲ αὐτὸν γινῶ-
ναι Θεράσειαν, Ἐλβίδιον, Κάτωνα, Δίωνα, Βεῤῥτον, καὶ
Φαντασίαν λαβεῖν πολιτείας ἰσονόμου, κατὰ ἰσότητά
καὶ ἰσηγορίαν διοικημένης, καὶ βασιλείας τιμώσης πάν-

qui patricii nobis nuncupantur, ab effectu genuino alienio-
res existant.

12. Ab Alexandro Platónico, ne crebro, neue, nisi ne-
cessitate adactus, aut dicto aut scripto significem alicui, non
vacare me: neue hoc modo sub negotiorum me grauiter dis-
tinentium praetextu officia ea, quae pro cuiusque conditio-
ne vitae huius necessitudo a nobis exigit, solens deferam.

13. A Carulo, ne neglectui haberem amicum de re
quauis apud me querentem, etiamsi forsan eius querimoniis
ratio nulla subesset; sed in statum ipsum pristinum restituere
adniterer: ut praeceptores promte impenseque praedica-
rem; quod de Domitio atque Athenodoro refertur: liberos-
que meos adfectu sincero prosequerer.

14. A fratre meo Seuero, familiares diligere; veri ius-
tisque rationem habere: item quod per eundem Thraseam,
Heluidium, Catonem, Dionem, Brutum nosse ceperim; et
quod imaginem animo conceperim status popularis, in quo
per aequalitatem iurisque aequabilitatem res administrantur;

των μάλιστα τὴν ἐλευθερίαν τῶν ἀσχομένων· καὶ ἔτι παρ' αὐτῶ τὸ ἀμελές, καὶ ὁμότονον ἐν τῇ τιμῇ τῆς φιλοσοφίας· καὶ τὸ εὐποικητικόν, καὶ τὸ εὐμεταδότον ἐκτενῶς· καὶ τὸ εὐέλπι, καὶ τὸ πισευτικὸν περὶ τῶ ὑπὸ τῶν φίλων φιλεῖσθαι· καὶ τὸ ἀνέπικρυπτον πρὸς τοὺς καταγνώσεως ὑπ' αὐτῶ τυγχάνοντας· καὶ τὸ μὴ δεῖσθαι σοχασμῶ τὲς φίλους αὐτῶ περὶ τῶ τί θέλει, ἢ τί εἰ θέλει, ἀλλὰ δῆλον εἶναι.

ιβ'. Παράκλησις Μαξίμου, τὸ κρατεῖν ἑαυτῶ, καὶ κατὰ μηδὲν περιφόρον εἶναι· καὶ τὸ εὐθυμον ἐν τε ταῖς ἄλλαις περιστάσεσι, καὶ ἐν ταῖς νόσοις· καὶ τὸ εὐκρατον τῶ ἥθους, καὶ μειλίχιον, καὶ γεραρόν· καὶ ἐ χετλίως κατεργασικὸν τῶν προκειμένων· καὶ τὸ πάντας αὐτῶ πισυεῖν, περὶ ὧν λέγοι, ὅτι ἄτως φρονεῖ, καὶ περὶ ὧν πρᾶτ' οἱ, ὅτι ἐ κακῶς πρᾶτ' ἡ· καὶ τὸ ἀθαύμαστον, καὶ ἀνέκπληκτον, καὶ μηδαμῶ ἐπειγόμενον, ἢ ὀνῆν, ἢ ἀμηχανῆν, ἢ κατηφές, ἢ προσεσηρόν, ἢ πάλιν θυμώμενον, ἢ ὑφορώμενον· καὶ τὸ εὐεργετικόν, καὶ τὸ συγγνωμονικόν· καὶ τὸ ἀψευδές, καὶ ἀδιασρόφῃ μᾶλλον, ἢ διορ-

regnique, in quo subditorum libertate nihil antiquius habetur: ab eodem item didici, simpliciter vivere, et in philosophiae cultu constanter persistere; prompte benefacere, impense largiri; spes bonas fouere, et de amicorum dilectione nihil ambigere: quin et eum, quorum mores minus probaret, palam id prae se ferre; nec, quid vellet nolle, familiaribus coniectu difficile relinquere; sed aperto se prodere.

15. A Maximo, mei compotem esse; nec vlla in re transuersum abripi: atque animo bono esse, cum in morbis, tum et in aliis casibus aduersis: moribus esse probe temperatis, suauibus, verendis: negotia obiecta citra quiritationem conficere: ad haec *ita se gerere*, vt fidem quibusuis faceret, quaecumque diceret, ex animi sententia dixisse; quaecumque faceret, animo haud malo secisse: tum etiam nihil admirari, ad nihil obstupescere, nusquam festinum, aut segnem esse; nusquam perplexum, aut deiectum, aut ringi solitum: nec rursus iracundiae, aut suspicionibus deditum: ad haec ad benefaciendum et ignoscendum promptum esse: ac veracem

Θαμένους Φαντασίαν παρέχειν· καὶ ὅτι ἔτε ὥρῃη ἂν πο-
τέ τις ὑπερρεῖσθαι ὑπ' αὐτῷ, ἔτε ὑπέμεινεν ἂν κρείτ-
τονα αὐτῷ αὐτὸν ὑπολαβεῖν· καὶ τὸ εὐχαριεντίζεσθαι.

ἰς'. Παρὰ τῷ πατρὶ, τὸ ἡμέρον, καὶ μενετικὸν
ἀσαλεύτως ἐπὶ τῶν ἐξητασμένως κριθέντων· καὶ τὸ ἀκε-
νόδοξον περὶ τὰς δοκῆσας τιμὰς· καὶ τὸ Φιλόπονον καὶ
ἐνδελεχές· καὶ τὸ ἀκυστικὸν τῶν ἐχόντων τι κοινωφελές
εἰσφέρειν· καὶ τὸ ἀπαρატρέπτως εἰς τὸ κατ' ἀξίαν ἀπο-
νεμετικὸν ἐκάστω· καὶ τὸ ἐμπειρον, πῶ μὲν χρεῖα ἐντά-
σεως, πῶ δὲ ἀνέσεως· καὶ τὸ παῦσαι τὰ περὶ τῆς ἐρώ-
τας τῶν μεираκίων· καὶ ἡ κοινονοημοσύνη· καὶ τὸ ἐφεῖ-
σθαι τοῖς φίλοις μήτε συνδειπνεῖν αὐτῷ πάντως, μήτε
συναποδημεῖν ἐπάναγκες· ἀεὶ δὲ ὅμοιον αὐτὸν κατα-
λαμβάνεσθαι ὑπὸ τῶν διὰ χρεῖας τινὰς ἀπολειφθέντων·
καὶ τὸ ζητητικὸν ἀκριβῶς ἐν τοῖς συμβαλίοις, καὶ ἐπίμο-
νον, ἀλλ' ἔ τὸ προαπέση τῆς ἐρεῦνης ἀρεθεῖς ταῖς

se praeberē, atque hominis eiusmodi specimen dare, qui
peruerti nesciret potius, quam qui corrigi vnumquam opus ha-
beret: *denique*, quod nemo quisquam inuentus fuerit, qui vel
contemptui ab illo haberi se existimaret, vel praestantiorem
se illo opinaretur: et quod vrbauitatis laudem neutiquam
adsestauerit.

16. A patre mansuetudinem, et in rebus, accurate iam
decretis, constantiam immotam: in istis, qui habentur, ho-
noribus gloriae inani nihil concedere: laboribus ferendis
cum libentem, tum et adsiduum se dare: ad eos audiendum
promptum esse, qui adferre quid poterant, quod in publicum
conduceret: a nemine posse abduci, quin pro merito suo vni-
cuique rependeret: probe nosse, vbi vehementius, vbi re-
missius agere opus esset: ab adolescentium amoribus se co-
ercere: ciuilitate admodum se gerere: amicis vel coenandi
secum, vel abstinendi optionem liberam permittere, nec per-
gre euntem comitandi, nisi ipsis adlubesceret, necessitatem
imponere: nec iis immutatum deprehendi, etiam si, occasio-
ne aliqua impediti, eum neutiquam essent comitati: in con-
siliis, quid facto opus esset, accurate perquirendo constanter
insistere, nec in specie rerum obuia quavis adquiescentem,

προχείροις Φαντασίαις· καὶ τὸ διατηρητικὸν τῶν Φίλων, καὶ μηδαμῶς ἀψίκορον, μηδὲ ἐπιμανές· καὶ τὸ αὐταρκὲς ἐν παντί, καὶ τὸ Φαιδρόν· καὶ τὸ πόρρωθεν προνοητικόν· καὶ τῶν ἐλαχίστων προδιοικητικὸν ἀτραγώδως· καὶ τὸ τὰς ἐπιβοήσεις, καὶ πᾶσαν κολακείαν ἐπ' αὐτῷ ἐσάλλῃ· καὶ τὸ φυλακτικὸν αἰὲ τῶν ἀναγκαίων τῇ ἀρχῇ, καὶ ταμιευτικὸν τῆς χορηγίας, καὶ ὑπομενετικὸν τῆς ἐπὶ τῶν τοιούτων τονῶν κατατιτιάσεως· καὶ τὸ μῆτε περὶ τὰς Θεὰς δεισιδάϊμον, μῆτε περὶ ἀνθρώπων δημοσκοπικόν, ἢ ἀρεσκευτικόν, ἢ ὀχλοχαρὲς, ἀλλὰ νῆφον ἐν πᾶσι, καὶ βέβαιον, καὶ μηδαμῶς ἀπειρόκαλον, μηδὲ καινότομον. καὶ τὸ τοῖς εἰς εὐμάρειαν βίβιν φέρεσσι τι, ὧν ἡ τύχη παρέχει δαψίλειαν, χρηστικὸν αὐτύφως ἅμα καὶ ἀπροφασίως, ὥς τε παρόντων μὲν ἀνεπιτηδεύτως ἅπτεσθαι, ἀπόντων δὲ μὴ δεῖσθαι· καὶ τὸ μῆτε ἂν τινα εἰπεῖν, μῆτε ὅτι σοφιστὴς, μῆτε ὅτι οἰκογενὴς κερνάκλος, μῆτε ὅτι χολασκός, ἀλλ' ὅτι ἀνὴρ πέπειρος, τέλειος, ἀκολάκευτος, προεσάναι δυνάμενος καὶ τῶν ἑαυτοῦ καὶ ἄλλων. πρὸς ταῦτοις δὲ καὶ τὸ τιμητικὸν τῶν ἀληθῶς

indagationem incidere: etiam amicorum retinendi studiosum esse, nec fastidio mutantem, nec insane diligentem: in statu quocumque forte contentum esse, vultuque serenum: e longinquo futuri praesagum: et de minimis quibusque citra tumultum providum: acclamationes omnemque adulationem reprimere: imperio, quae necessaria erant, sedulo custodire, sumtus caute attemperare, de rebus istiusmodi fugillantes patienter sustinere: nec in Deis colendis supersticiosum, nec in hominibus, aut muneribus, aut blanditiis autam captare popularem, sed in rebus quibusque sobrium, solidum, nusquam ineptum, aut novitatis studiosum. Porro ad vitam commodius transigendam conducentibus rebus, quarum copiam illi vberissimam fors suppeditabat, citra fastum, nec libere tamen minus uti, ut et praesentibus simpliciter frueretur, neque absentia multum desideraret: a nemine aut sophistam, aut vernaculum, aut scholasticum dici, sed virum maturum, consummatum, adulatione superiorem, rebus et propriis et alienis administrandis idoneum, ad haec vere philosophantes in

Φιλοσοφόντων, τοῖς δὲ ἄλλοις ἐκ ἐξονειδιστικόν· ἔτι δὲ τὸ εὐόμιλον, καὶ εὐχαρὶ ἐ κατακόρως· καὶ τὸ τῇ ἰδίᾳ σώματος ἐπιμελητικὸν ἐμμέτρωσ, ἔτε ὡς· ἂν τις Φιλόζωος, ἔτε πρὸς καλλωπισμὸν, ἔτε μὴν ὀλιγάρως· ἀλλ' ὥστε διὰ τὴν ἰδίαν προσοχὴν, εἰς ὀλίγιστα ἱατρικῶν χρῆζειν, ἢ Φαρμάκων καὶ ἐπιθημάτων ἐκτός· μάλιστα. δὲ τὸ παραχωρητικὸν ἀβασκάνως τοῖς δυνάμιν τινα κεκτημένοις, οἷον τὴν Φρασικὴν, ἢ τῶν τὴν ἐξ ἰστορίας νόμων, ἢ ἐθῶν, ἢ ἄλλων τινῶν πραγμάτων· καὶ συσπιδαστικὸν αὐτοῖς, ἵνα ἕκαστοι κατὰ τὰ ἴδια προτερήματα εὐδοκιμῶσι, πάντα δὲ κατὰ τὰ πάτρια πρᾶσσων, ἐδ' αὐτὸ τῆτο ἐπιτηδεύων Φαίνεσθαι, τὸ τὰ πάτρια Φυλάσσειν. ἔτι δὲ τὸ μὴ εὐμετακίνητον καὶ ῥιπτασικόν, ἀλλὰ καὶ τόποις, καὶ πράγμασι τοῖς αὐτοῖς ἐνδιατριπτικόν· καὶ τὸ μετὰ τὴς παροξυσμῆς τῆς κεφαλαλγίας, κτάρων εὐθύς καὶ ἀκμαῖον πρὸς τὰ συνήθη ἔργα· καὶ τὸ μὴ εἶναι αὐτῷ πολλὰ τὰ ἀπόρητα, ἀλλὰ ὀλίγιστα καὶ σπανιώτατα, καὶ ταῦτα ὑπὲρ τῶν κοινῶν μόνον·

honore habere, ceteris nihil exprobrare. in congressibus facilem et festivum, nec ad fastidium id tamen: corporis sui curam tam probe attemperare, ut nec vitae avidus videretur, aut elegantiae studiosus, nec neglectui tamen id habere: sed per suam ipsius diligentiam efficere, ut medicorum pharmacis fomentisque externis quam minime indigeret. quod maximum est, citra invidentiam eis concedere, qui in facultate aliqua claruerunt, siue oratoria, siue legum, vel morum, vel aliarum quarumvis rerum notitia: sed et operam illis conferre suam, ut pro eis, quibus maxime praecelebant, doctoribus, existimationem singuli suam consequerentur. quum secundum maiorum instituta omnia exsequeretur, ne hoc quidem adfectare, ut maiorum instituta praecise observare videretur. ad haec nec dimoueri proclivem esse, nec diuagari; sed cum locis, tum et rebus eisdem, immorari. solere: post capitis, quibus addici solebat, dolores, recentem statim vegetumque ad consueta munera redire: arcana haud multa, sed pauca admodum et rarissima habere, eaque, quae ad rempublicam dumtaxat pertinerent: prudentiam item et modera-

καὶ τὸ ἔμφρον καὶ μεμετρημένον ἐν τε θεωρίῳ ἐπιτε-
λέσει, καὶ ἔργων κατασκευαῖς, καὶ διανομαῖς, καὶ τοῖς
τοιούτοις ἀνθρώποις, πρὸς αὐτὸ δὲ τὸ θεόνπραχθῆναι
δεδορκότος, ἢ πρὸς τὴν ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι εὐδοξίαν,
ἐκ (ἐν) αἰσθῆσι λῆψης· ἔχῃ φιλοκοδόμος· ἢ περὶ ταῖς ἐδω-
δὰς ἐπινοητής, ἢ περὶ ἐσθῆτων ὕφας καὶ χροῶς, ἢ πε-
ρὶ σωμάτων ὥρας· ἢ ἀπὸ χωρὶς πολλῇ, ἀνάγκῃ ἀπὸ
τῆς κάτω ἐπαύλεως, καὶ τῶν ἐν Λαυραρίῳ τὰ πολλά· τῷ
τελώνῃ ἐν Τέσκληις παραιτημένῳ ὡς ἐχρήσατο, καὶ πᾶς
ὁ τοιῶτος τρόπος· οὐδὲν ἀπηνές, οὐδὲ μὴν ἀδυσώπητον,
οὐδὲ λάβρον, οὐδὲ ὡς ἂν τινα εἰπεῖν ποτε, ἕως ἰδρω-
τος· ἀλλὰ πάντα διειλημμένα λελογισθαι, ὡς ἐπὶ χο-
λῆς, ἀταράχως, τεταγμένως, ἐρῶμένως, συμφάνως ἐαυ-
τοῖς. ἐφαρμόσειε δ' ἐν αὐτῷ τὸ περὶ τῆ Σωκράτους μνη-
μονευόμενον, ὅτι καὶ ἐπέχεσθαι καὶ ἀπολαύειν ἐδύνατο
τῶν, ὧν πολλοὶ πρὸς τε τὰς ἀποχὰς ἀδενῶς, καὶ
πρὸς τὰς ἀπολαύσεις ἐνδοτικῶς ἔχουσιν. τὸ δὲ ἰσχύειν
καὶ ἐτι καστερεῖν καὶ ἐννήφειν ἐκαστέρῳ, ἀνδρός ἐστιν ἀρ-

tionem, in spectaculis exhibendis, fabricis exstruendis, con-
giariis largiendis, aliisque istiusmodi; utpote quum is esset,
qui non ad celebritatem ex rebus a se gestis acquirendam,
sed id dumtaxat, quod factum erat opus, respiceret. non illi
intempestivus balnearum usus: non aedificandi studium in-
sanum: non de victu, non de vestium textura tincturae, non
de servitiorum specie exquisita curiositas: togā, qua Larii
utebatur, a villa inferiore comparata: Lanuvii tunicatus ple-
rumque: in Tusculano, sed quod excusare solebat, paenula-
tus: totius denique vitae facies haec fuerat. nihil immitte, ni-
hil immodestum, nihil vehemens, aut de quo usurpari posset,
quod solet vulgo dici, *ad sudorem usque*; sed quasi per otium
cum consideratione matura, placide, tranquille, componere,
strenue, consentaneae sibi inuicem disposita universa. ita qua-
drabat in illum, quod de Socrate perhibetur, quod et absti-
nere et frui rebus eis norat, quibus plerique nec per infir-
mitatem abstinere, nec frui citra intemperantiam possunt.
posse autem in altero tolerantem, in altero temperantem se
praestare; illud vero vere viri est animo consummato inui-

τιον καὶ αἵτητον ψυχὴν ἔχοντας, οἷον ἐν τῇ νόσῳ τῇ Μαξίμῳ.

ιβ'. Παρὰ τῶν Θεῶν, τὸ ἀγαθὸς πάππας, ἀγαθὸς γονίας, ἀγαθὴν ἀδελφὴν, ἀγαθὸς διδασκάλους, ἀγαθὸς οικεῖς, συγγενεῖς, φίλους, σχεδὸν ἅπαντα χεῖν. καὶ ὅτι περὶ ἑδένα αὐτῶν προέπεσον πλημμελῆσαι τι, καίτοι διάθεσιν ἔχων τοιαύτην, ἀφ' ἧς, εἰ ἔτυχεν, καὶ ἐπραξά τι τοιοῦτο· τῶν Θεῶν δὲ εὐποίη· τὸ μηδεμίαν συνδρομὴν πραγμάτων γενέσθαι, ἥτις ἔμελλε με ἐλέγξιν. καὶ τὸ μὴ πλέον ἐκτραφῆναι παρὰ τῇ παλλακῇ τῇ πάππῃ· καὶ τὸ τὴν ὥραν διασῶσαι· τὸ μὴ πρὸ ὥρας ἀνδρωθῆναι, ἀλλ' ἔτι καὶ ἐπιλαβεῖν τῇ χρόνῳ. τὸ ἀρχοντι καὶ πατρὶ ὑποταχθῆναι, ὃς ἔμελλεν πάντα τὸν τύφον ἀφαιρέσειν μὲν, καὶ εἰς ἔννοιαν ἄξειν τῇ, ὅτι δυνατὸν ἐστὶν ἐν αὐλῇ βίβναι, μήτε δορυφορήσεων χεῖρ εἶναι, μήτε ἐδῆτων σημειωτῶν, μήτε λαμπάδων, καὶ ἀνδραγαθῶν τοιῶνδ' ἐτινων, καὶ τῇ ὁμοίᾳ κόμπῃ· ἀλλ' ἔξῃ ἐγγυτάτω ιδιότητι συσέλλειν ἑαυτὸν, καὶ νῆ δια τὸ

Stoque plane praediti. qualem *denique* in Maximi aegrotatione se exhibuit.

17. Deis acceptum fero, quod bonos auos, bonos parentes, bonam sororem, bonos praeceptores, bonos familiares, necessarios, amicos, bona omnia fere habuerim. tum quod aduersus neminem eorum temere aliquid deliquerim, etiam si ita adfectus fuerim, ut, si occasio incidisset, eiusmodi aliquid admissem. ceterum numinis beneficio factum est, quod nulla ex rerum concursu occasio contingerit, quae adfectum illum proderet. ab iisdem fuit, quod apud aui concubinam non sum diutius enutritus: quod aetatis florem indelibatam seruauerim, nec ante tempus iustum virilitatis specimen dederim; sed ultra etiam, quam opus erat, id facere distulerim. quod principi patrique eidem subditus fuerim, qui me a fastu omni alienum redderet; fidemque faceret, posse in aula ita degi, ut nec satellitio, nec vestitu insigniore, nec funalibus staturisque istiusmodi, atque apparatu contumili opus sit: sed posse eum, qui rebus praeest, ita contrahere se, ut ad priuati speciem proxime accedat; nec propterea

ταπεινότερον, ἢ ῥαθυμότερον ἔχειν πρὸς τὰ ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἡγεμονικῶςπραχθῆναι δέοντα. τὸ ἀδελφῶ τοιαύτη τυχεῖν, δυναμένῃ μὲν διὰ ἡθους ἐπεγείραί με πρὸς ἐπιμέλειαν, ἐμαυτῷ, ἅμα δὲ καὶ τιμῇ καὶ σοργῇ εὐφραίνοντός με· τὸ παιδία μοι ἀφυῇ μὴ γενέσθαι, μηδὲ κατὰ τὸ σωματίον διάσροφα· τὸ μὴ ἐπίπλεόν με προκόψαι ἐν ῥητορικῇ, καὶ ποιητικῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασι, ἐν οἷς ἴσως ἂν κατεχέσθην, εἰ ἡδόμεν ἐμαυτὸν εὐδῶς προϊόντα. τὸ φθάσαι, τὰς τρεφέας ἐν ἀξιώματι καταστήσαι, ἃ δὴ ἐδόκην μοι ἐπιθυμεῖν, καὶ μὴ ἀναβαλέσθαι ἐλπίδι, τῷ μὴ, ἐπεὶ νέοι ἔτι ἦσαν, ὕστερον αὐτὸ πράξιν. τὸ γνῶναι Ἀπολλώνιον, Ῥῥύικον, Μάξιμον. τὸ φαντασθῆναι περὶ τῷ κατὰ φύσιν βίῃ ἡναργῶς καὶ πολλάκις, οἷος τίς ἐστὶ ὥστε ὅσον ἐπὶ τοῖς Θεοῖς, καὶ ταῖς ἐκείθεν διαδύσεσι καὶ συλλήψεσι, καὶ ἐπινοαῖς, μηδὲν καλύειν ἤδη κατὰ φύσιν ζῆν με, ἢ ἀπολείπεσθαι ἔτι τέτταρα παρὰ τὴν ἐμὴν αἰτίαν, καὶ παρὰ τὸ μὴ διατηρεῖν τὰς ἐκ τῶν Θεῶν ὑπομνήσεις, καὶ μονα-

tamen, vel demissius, vel remissius se gerat in eis, quae pro republica ad morem imperatorium sunt exsequenda. quod fratrem eum nactus sum, qui ad curam mei agendam suis moribus me exstimularer, quique simul honore adfectuque erga me suo animum mihi oblectaret: quod liberi mihi neque ingenio tardi, nec corpore distorti obrigerint: quod progressus non fecerim ampliores in rhetorica, poetica, studiisque aliis eiusmodi, quae me forsan praepeditum detinuissem, si in eis me feliciter profecisse sensissem. quod nutritios meos ad honores, quod expetere ipsi videbantur mihi, mature euexerim, nec spe distulerim, quum iuvenes adhuc essent, deinceps id facturum me. quod Apollonium, Rusticum, Maximum norim. quod de modo vitae naturae convenienter agenda, claras satis ac frequentes eas cogitationes in animo habuerim: ut, quantum ad Deos attinet, ac suggestiones, adiutationes, inspirationes ab ipsis profectas, nihil obstat omnino, quo minus iuxta naturae praescriptum confestim viam, nisi ipse tandem in culpa sum, qui Deorum submonitiones, et

ἐκὶ διδασκαλίας· τὸ ἀντισχεῖν μοι τὸ σῶμα ἐπὶ τα-
 σῶτον ἐν τοιαύτῳ βίῳ· τὸ μῆτε Βενεδικτῆς ἁψαδοῦ, μῆ-
 τε Θεοδοῦτος· ἀλλὰ καὶ ὕστερον ἐν ἐρωτικοῖς πάθεσι γε-
 νόμενον ὑγιαῖναι· τὸ χαλεπήναντα πολλάκις Ῥυσίῳ,
 μηδὲν πλέον πρᾶξαι, ἐφ' ᾧ ἂν μετέγων· τὸ μέλλου-
 σαν νέαν τελευτᾶν τὴν τελευτᾶσαν, ὅπως σικῆσαι μετ' ἐμῶ
 τὰ τελευταῖα ἔτη. τὸ ὅσάκις ἐβλήθη ἐπικερῆσά τι-
 νι πενομένῳ, ἢ εἰς ἄλλο τι χρῆζοντι, μηδέποτε ἀκῶσαι
 με, ὅτι οὐκ ἔστι μοι χρήματα, ὅθεν γένηται· καὶ τὸ αὐ-
 τῷ ἐμοὶ χρεῖαν ὁμοίαν, ὡς παρ' ἐτέρεα μεταλαβεῖν, μὴ
 συμπεσεῖν· τὸ τὴν γυναῖκα τοιαύτην εἶναι, ἔτωσί μὲν
 πευθίνιον, ἔτω δὲ Φιλότοργον, ἔτω δὲ Ἀφελῆ· τὸ ἐπι-
 τηδεῖων τροφέων εἰς τὰ παιδία εὐπορήσαι. τὸ δὲ ὄντι-
 ράτων βοηθήματα δοθῆναι, ἄλλα τε, καὶ ὡς μὴ πτύ-
 ει αἶμα καὶ μὴ ἰλγυγῖαν, καὶ τέττα ἐν Καίῳτῃ ὥσπερ
 χρέση. ὅπως τε ἐπεθύμησα Φιλοσοφίας, μὴ ἐμπε-
 σεῖν εἰς τινα σοφιστὴν, μηδὲ ἀποκαθῆσαι ἐπὶ τοῦς

tantum non claras praeceptiones neutiquam obseruem:
 quod in vita, qualis ea fuerit, corpus mihi tam diu per-
 durauerit: quod nec Benedictam, nec Theodotum attige-
 rim: sed et postea, ex adfessionibus amatoriiis, quibus cor-
 ruptus fueram, ad sanitatem redierim: quod, quum Rustico
 saepe succenserem, nihil ultra admiserim, cuius poeniteret
 me posset. quod mater mea, quamuis iuuenis esset deces-
 sura, mecum tamen nouissimos aetatis annos transegerit.
 quod, quoriescumque animus fuit, pauperi alicui, aut alias
 indigo, opem ferre, numquam responsum est, non suppe-
 tere nummos mihi, vnde id fieret: quodque nulla mihi um-
 quam talis necessitas obtigerit, vt ab alio sumere cogerer.
 quod vxor eiusmodi mihi obuenerit, tam obsequens, tam
 amans, tam simplex: quod ea fuerim illorum copia instru-
 ctus, qui ad liberos educandos mihi idonei existerent. quod
 per insomnia remedia mihi fuerint indicata, quum alia,
 tum aduersus sanguinis excreationem et capitis vertigi-
 nem: quod et Caietae aliquando factum est. quod, quum
 philosophandi cupiditas incessisset, non in sophistam ali-
 quem inciderim, nec commentariis euoluendis, vel syllo-

συγγραφεῖς, ἢ συλλογισμὸς ἀναλύειν, ἢ πρὸς τὰ μετεωρολογικὰ καταγίνεσθαι πάντα γὰρ ταῦτα θεῶν βοηθῶν καὶ τύχης δέεται.

Τὰ ἐν Κβαδοῖς πρὸς τῷ Γρανᾷ.

gismis resoluendis, vel meteorologicis discutiendis, tempus deses contriuerim. etenim ista omnia Diis adiutoribus ac Fortuna indigebant.

Quae apud Quados ad Granuam.

ΒΙΒΛΟΣ Β΄.

ἘΩθεν προλῦγειν ἑαυτῷ· Συντεύξομαι περιέργῳ, ἀχαρίστῳ, ὑβριστῇ, δολεστῷ, βασκάνῳ, ἀκοινωνήτῳ. πάντα ταῦτα συμβέβηκεν ἐκείνοις παρὰ τὴν ἄγνοιαν τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν. ἐγὼ δὲ τεθεωρηκὼς τὴν φύσιν τῶν ἀγαθῶν, ὅτι καλὸν, καὶ τῶν κακῶν, ὅτι αἰχρὸν, καὶ τὴν αὐτῇ τῷ ἀμαρτάνοντος φύσιν, ὅτι μοι συγγενὴς, ἐχὼ αἵματος, ἢ σπέρματος τῇ αὐτῇ, ἀλλὰ νῦν, καὶ θείας ἀπομοίρας μέτοχος, ἔτε βλαβῆναι ὑπὸ τινος αὐτῶν δύναμαι· αἰχρῶ γὰρ με ἐδδεις περιβάλλει· ἔτε ὀργίζεσθαι τῷ συγγενεῖ δύναμαι, ἔτε ἀπέχθεσθαι αὐτῷ. γε-

LIBER II.

MANE praedicere memento tibi: hodie futurum est, ut rem habeam cum curioso aliquo, ingrato, proteruo, doloso, inuido, illiberali. obueniunt illis ista omnia a bonorum malorumque incertitia. ego vero, quum et naturam boni norim, quod honestum, malique, quod inhonestum sit, ipsamque adeo delinquentis naturam, quod congener mihi sit, non tam quod sanguinis seminisque eiusdem, quam quod mentis ac portionis diuinae mecum particeps; nec laedi posse me ab horum ullo compertum habeo: (neque enim inhonesta re aliqua me quisquam inuoluerit) sed nec succensere conge-

γόναμεν γὰρ πρὸς συνεργίαν, ὡς πόδες, ὡς χεῖρες, ὡς
βλέφαρα, ὡς οἱ τοῖχοι τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω ὀδόντων.
τὸ ἔν ἀντιπράσσειν ἀλλήλοις, παρὰ φύσιν. ἀντιπρακτι-
κὸν δὲ τὸ ἀγανακτεῖν καὶ ἀποσρέφειν.

β'. Ὁ, τι ποτὲ τῷτό εἰμι, σαρκία ἐστὶ καὶ πνευ-
μάτιον, καὶ τὸ ἡγεμονικόν. ἄφες τὰ βιβλία· μηκέτι
σπῶ. εἰ δέδοται· ἀλλ' ὡς ἤδη ἀποθνήσκων, τῶν μὲν
σαρκίαν καταφρόνησον· λύθρος καὶ ὀσάγια, καὶ κροκύ-
φαντον, ἐκ νεύρων, φλεβίων, ἀρτηριῶν πλεγμάτιον. θεά-
σαι δὲ καὶ τὸ πνεῦμα, ὁποῖόν τι ἐστίν· ἄνεμος· ἐδὲ αἰεὶ
τὸ αὐτὸ, ἀλλὰ πάσης ὥρας ἐξεμύμενον, καὶ πάλιν
ροφάμενον· τρίτον ἔν ἐστὶ τὸ ἡγεμονικόν. ὧδε ἀπονοήθη-
τι· γέγων· εἰ· μηκέτι τῷτο ἐάσης δαλεῦσαι· μηκέτι καθ'
ὄρμην ἀκοινώνητον νευροσπαστηθῆναι· μηκέτι τὸ εἶμαρ-
μένόν, ἢ παρὸν δυσχερᾶναι, ἢ μέλλον ὑποδύεσθαι.

γ'. Τὰ τῶν Θεῶν προνοίας μεσά. τὰ τῆς τύχης
ἐκ ἄνευ φύσεως, ἢ συγκλώσεως, καὶ ἐπιπλοκῆς τῶν
προνοία διαικυμένων, πάντα ἐκείθεν ρεῖ· πρόσεσι δὲ τὸ

neri possum, eumue odisse. siquidem ad mutuas operas nati
sumus; quomodo pedes, manus, palpebrae, dentium supe-
riorum inferiorumque ordines. aduersari itaque sibi inuicem
praeter naturam. aduersantis est autem succensere et auersari.

2. Quidquid sum, constat id omne caruncula, animula,
et parte principante. *proinde* mitte libros: nec distrahere
amplius: (nihil obstat, quo minus hoc facias) sed tamquam
qui iam statim moriturus sis, carnes istas contemnas: cruor
est, et ossicula, et reticulum ex nervis, venulis, arteriisque
contextum. Quin et animam considera, qualis fit: spiritus
est, *sive aer*; nec is semper idem, sed qui iugiter efflatus de-
nuo resorbetur. tertium restat, pars illa principatum gerens.
tu ergo sic tecum: senex es: partem tui principem seruire
ulterius nō fuieris: sed nec motibus a communione humana
alienis raptari: nec fatum vel praesens inique ferre, vel fu-
turum pauere.

3. Deorum opera prouidentiae plena sunt, nec quae
fortuna fiunt, absque naturae ope proueniunt, aut sine con-
nexu implexuque rerum earum, quae prouidentia dispen-

ἀναγκαῖον, καὶ τὸ τῷ ὅλῳ κόσμῳ συμφέρον, ἔ μέρος ἐστὶ παντὶ δὲ φύσεως μέρος ἀγαθόν, ὃ φέρει ἢ τῷ ὅλῳ φύσις, καὶ ὃ ἐκείνης ἐστὶ σωτικόν. σώζῃσι δὲ κόσμον, ὥσπερ αἱ τῶν στοιχείων, ἕτως καὶ αἱ τῶν συγκριμάτων μεταβολαί. ταῦτά σοι ἀρκεῖται, αἱ δόγματα ἐσὼ. τὴν δὲ βιβλίῳ διδῶν ῥίπον, ἵνα μὴ γογγύζων ἀποθάνῃς, ἀλλὰ ἴλεως ἀληθῶς, καὶ ἀπὸ καρδίας εὐχάριστος τοῖς θεοῖς.

δ'. Μέμνησο, ἐκ πόσων ταῦτα ἀναβάλλῃ; καὶ ὅπως σάκεις προθεσμίαν λαβὼν παρὰ τῶν θεῶν, ἔ χρεῖ αὐταῖς. δεῖ δὲ ἤδη ποτὲ αἰσθῆσθαι, τίνος κόσμος μέρος ἐστὶ καὶ τίνος διοικῆντος τὸν κόσμον ἀπόρροια ὑπέστης καὶ ὅτι ὅρος ἐστὶ σοι περιγεγραμμένος τῷ χρόνῳ, ὃ εἴαν εἰς τὸ μὴ ἀπαιθριάσαι χεῖρη, οἰχῆσεται, καὶ οἰχῆσῃ. καὶ αὐθις ἔχῃ ἤξειται.

ε'. Πάσης ὥρας φροντίζε σιβαρῶς, ὡς Ρωμαῖος, καὶ ἄρην, τὸ ἐν χερσὶ μετὰ τῆς ἀκριβοῦς καὶ ἀπλάστῃ σεμνότητος, καὶ φιλοσοφίας, καὶ ἐλευθερίας, καὶ δι-

stantur. inde profuunt omnia: accedit et necessitas quaedam, et totius mundi. cuius tu pars es, utilitas. illud est autem parti unicuique bonum, quod universi fert natura, quodque ad eandem conservandam conducit. porro conservant mundum hunc, sicut elementorum, ita et concretorum ex his mutationes. Ista tibi sufficiant: decretorum vice iugiter sint, librorum vero sitim pelle; ut ne murmurans moriaris, sed vete propitius, Deoque ex animo gratus,

4. Memento, quamdiu ista distuleris, et quoties opportunitates a diis tibi oblatae neglexeris. tandem aduertas oportet, cuiusnam mundi pars sis, et cuiusnam mundi rectoris propago: sed et praescriptum esse tibi temporis terminum: quod, nisi ad *animum* serenandum accommodaueris, auolaturum est illud, te simul abrepto, nec deinceps rediturum.

5. Cura haec iugiter incumbat tibi, ut, quidquid in manibus est, strenue peragas, prout Romanum virumque decet, cum exquisita, nec arcessita tamen, gravitate, humanitate,

καιότητος πρᾶσσειν· καὶ σχολὴν σαυτῷ ἀπὸ πασῶν τῶν ἄλλων φαντασιῶν πορίζειν. ποριεῖς δὲ, ἂν, ὡς ἐχάτην τῆ βίᾳ, ἐκάστην πρᾶξιν ἐνεργῆς, ἀπηλλαγμένην πάσης εἰκαιότητος, καὶ ἐμπαδῆς ἀποστροφῆς ἀπὸ τῆ αἰεῖντος λόγου, καὶ ὑποκρίσεως, καὶ φιλαυτίας, καὶ δυσχερῆσεως πρὸς τὰ συμμεμοιραμένα. Ὅζως, πῶς ὀλίγα ἐστὶν, ἃν κρατήσας τις δύνата εὔρειν καὶ θεαδῇ βιωσάμειν; καὶ γὰρ οἱ θεοὶ πλέον εὐδὲν ἀπαιτήσασκε παρά τῆ ταῦτα φυλάσσοντος.

ς'. Ὑβριζε, ὕβριζε αὐτήν, ὦ ψυχὴ· τῆ δὲ τιμῇσαι σεαυτὴν ἐκέτι καιρὸν ἔξεις· εὖ γὰρ ὁ βίος ἐκάστω. ἔτος δὲ σοὶ σχεδὸν δίνυται, μὴ αἰδῆμένη σεαυτήν, ἀλλ' ἐν ταῖς ἄλλων ψυχαῖς τιθεμένη τὴν σὴν εὐμοίριαν.

ζ'. Περισπᾶ τί σε τὰ ἔξωθεν ἐμπίπτοντα· καὶ σχολὴν παρέσχε σεαυτῷ τῆ προσμανθάνειν ἀγαθόν τι, καὶ παῦσαι ρεμβόμενος. ἤδη δὲ καὶ τὴν ἐτέραν περιφορὰν φυλακτέον. ληρῶσι γὰρ καὶ διὰ πράξεων οἱ κε-

libertate, iustitia: animuniquē interim ab aliis omnibus cogitationibus abducas. abduces autem, si, tamquam vitae tuae nouissimam, actionem vnamquamque peregeris; temeritate omni liberam, et declinatione per adfectus vim a rationis dictamine; simulatione itidem, et amore sui, eorumque, quae a numine destinata sunt, auersatione. Vides, quam pauca sint, quae si quis tenuerit, prosperam ac diuinam propemodum vitam degere detur. siquidem et dii ipsi nihil amplius exigunt ab eo, qui ista obseruauerit.

6. Ignominia, ignominia, inquam, te adfiscis, o anima. honorem autem tibi tuum vindicandi, haud erit amplius oportunitas. fugit enim unicuique brevis aetas. ea vero tibi prope confecta est, dum tui ipsius reuerentiam nullam habes, sed in aliorum animis felicitatem tuam collocas.

7. Ne te distrahant, quae extrinsecus obueniunt tibi: sed otium tibi praestes, quo boni aliquid addifcas, et huc illuc ferri desinas. ceterum et alia hic alucinatio cauenda est. nugis siquidem agunt actiuosi haud pauci, dum vitam agendo

κμηρότες τῷ βίῳ, καὶ μὴ ἔχοντες σκοπὸν, ἐφ' ὃν πᾶσαν ὁρμὴν καὶ καθάπαξ φαντασίαν ἀπευθύνουσιν.

ή. Παρὰ μὲν τὸ μὴ ἐφιστάνειν, τί ἐν ἄλλῃ ψυχῇ γίγνεται, ἔραδῶς τις ὥφθη κακοδαιμονῶν· τὰς δὲ τοῖς τῆς ἰδίας ψυχῆς κινήμασι μὴ παρακολυθῆντας ἀνάγκη κακοδαιμονεῖν.

θ. Τέτων αἰεὶ δεῖ μεμνηθῆαι, τίς ἡ τῶν ὅλων φύσις, καὶ τίς ἡ ἐμὴ, καὶ πῶς αὕτη πρὸς ἐκείνην ἔχουσα, καὶ ὁποῖόν τι μέρος, ὁποῖα τῇ ὅλῃ ἔσα, καὶ ὅτι ἔδεις ὁ καλύων τὰ ἀκόλῃθ' αὐτῇ φύσει, ἧς μέρος εἶ, πράσσειν τε αἰεὶ καὶ λέγειν.

ι. Φιλοσόφως ὁ Θεόφραστος ἐν τῇ συγκρίσει τῶν ἀμαρτημάτων, ὡς ἂν τις κοινότερον τὰ τοιαῦτα συγκρίνει, φησὶ, βαρύτερα εἶναι τὰ κατ' ἐπιθυμίαν πλημμελόμενα τῶν κατὰ θυμόν. ὁ γὰρ θυμόμενος μετὰ τινος λύπης καὶ λεληθυίας συστολῆς φαίνεται τὸν λόγον ἀποστρεφόμενος· ὁ δὲ κατ' ἐπιθυμίαν ἀμαρτάνων, ὑφ' ἡδονῆς ἠττώμενος, ἀκολαστότερός πως φαίνεται, καὶ θηλύτερος ἐν ταῖς ἀμαρτίαις· ὁρῶντος ἔν καὶ φιλοσοφίας

conterunt; sed scopum, ad quem conatus suos cogitationesque omnes dirigant, sibi propositum nullum habent.

8. Vix, aut ne vix quidem, quisquam ideo infelicitè agere deprehensus est, quia in alienis animis quid ageretur, non animaduerterit: ceterum qui animorum suorum motus non attendunt, hi vero infelicitè agant necesse est.

9. Horum meminisse semper oportet, quæ uniuerſi, quæ tua natura sit, quomodo hæc ad illam adfecta, qualisque pars qualis uniuerſi exſiſtat; quod etiam nemo fit, qui prohibere te poſſit, quo minus ea facias dicasque ſemper, quæ naturæ illi, cuius pars es, ſententia fuerint.

10. Philoſophice Theophrastus, in peccatis inter ſe conferendis, (prout vulgo conferri ſolent) dicit; grauiora eſſe, quæ per cupidinem, quam quæ per iram admittuntur. etenim, qui irascitur, cum dolore quodam et contractione animi occulta a rationis tramite declinare videtur; qui vero per cupidinem delinquit, quia voluptate vincitur, intemperantior quodammodo, et in peccando effeminatior videtur: recte

αἰξίως ἔφη, μείζονος ἐγκλήματος ἔχεσθαι τὸ μεθ' ἡδονῆς ἀμαρτανόμενον, ἥπερ τὸ μετὰ λύπης· ὅπως τε ὁ μὲν προηδικημένῳ μᾶλλον ἔοικε, καὶ διὰ λύπην ἠναγκασμένῳ θυμωθῆναι· ὁ δὲ αὐτόθεν πρὸς τὸ ἀδικεῖν ὤρηται, Φερόμενος ἐπὶ τὸ πρᾶξάι τινα κατ' ἐπιθυμίαν.

ια'. Ὡς ἤδη δυνατῷ ὄντος ἐξιέναι τῷ βίῳ, ὥτως ἕκαστα ποιεῖν καὶ διανοεῖσθαι. τὸ δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν, εἰ μὲν θεοὶ εἰσιν, ὃδὲν δεινόν. κακῶ γάρ σε ἔκ ἂν περιβάλοιν· ἢ δὲ εἰ τι ἔκ εἰσιν, ἢ ὃ μέλει αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπείων, τί μοι ζῆν ἐν κόσμῳ κενῷ θεῶν, ἢ προνοίας κενῷ; ἀλλὰ καὶ εἰσι, καὶ μέλει αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπείων· καὶ τοῖς μὲν κατ' ἀλήθειαν κακοῖς ἵνα μὴ περιπίπτῃ ὁ ἀνθρώπος, ἐπ' αὐτῷ τὸ πᾶν ἔθεντο· τῶν δὲ λοιπῶν εἰ τι κακὸν ἦν, καὶ τῷτο ἂν προϊδόντο, ἵνα ἐπὶ τὸ πᾶν μὴ περιπίπτειν αὐτῷ. ὁ δὲ χεῖρῳ μὴ ποιῇ ἀνθρώπον, πῶς ἂν τῷτο βίον ἀνθρώπου χεῖρῳ ποιήσειεν; ὅτε δὲ κατ' ἄγνοίαν, ὅτε εἰδυῖα μὲν, μὴ δυναμένη δὲ προφυλάξασθαι, ἢ διορθώσασθαι ταῦτα, ἢ

igitur, nec indigne philosopho, pronuntiauit, amplioris esse criminis, quod cum voluptate, quam quod cum dolore admittitur. atque omnino alter ei similior existit, qui prior laesus doloris ratione ad irascendum adigitur: quum is sponte sua ad laedendum feratur, qui ad perpetrandum quidquam cupidine ducitur.

II. Ita quaeque facias cogitesque, oportet, ut qui confestim e vita hac possis discedere. humanis autem excedere, siquidem dii sunt, nihil est grave. neque enim malo ullo illi inuoluent te. si vero vel nulli sunt, vel nullam rerum humanarum curam gerunt, quid attinet tandem vivere in mundo, vel deorum, vel providentiae inani? ceterum et sunt illi, et res humanas curant: et ne in ea, quae vere mala sunt, incidat quisquam, in ipsius arbitrio prorsus posuere: reliquorum si quid malum existeret, et de hoc utique pariter prospexissent, quo in ipso situm foret, in istud quoque ne incideret. at vero, quod hominem deteriore non facit, vitam hominis deteriore efficere qui possit? nec imprudens autem, nec prudens utique; sed praecavere, aut corrigere, impotens,

τῶν ὅλων φύσις παρῆιδεν ἄν' ἔτε ἂν τηλικῶτον ἡμαρ-
 τεν, ἥτοι παρ' ἀδυναμίαν, ἢ παρ' ἀτεχνίαν, ἵνα τὰ
 ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ ἐπίσης τοῖς τε ἀγαθοῖς ἀνθρώ-
 ποις καὶ τοῖς κακοῖς πεφυρμένως συμβαίῃ. θάνατος
 δέ γε καὶ ζωὴ, δόξα καὶ ἀδοξία, πόνος καὶ ἡδονή,
 πλῆτος καὶ πενία, πάντα ταῦτα ἐπίσης συμβαίῃ ἀν-
 θρώπων τοῖς τε ἀγαθοῖς καὶ τοῖς κακοῖς, ἔτε καλὰ
 ὄντα, ἔτε αἰχρά. ἔτ' ἄρ' ἀγαθὰ, ἔτε κακὰ ἐσι.

ιβ'. Πῶς πάντα ταχέως ἐναφανίζεται, τῷ μὲν
 κόσμῳ αὐτὰ τὰ σώματα, τῷ δὲ αἰῶνι αἱ μνήμαι αὐτῶν,
 οἷά ἐσι τὰ αἰσθητὰ πάντα, καὶ μάλιστα τὰ ἡδονῇ δελεά-
 ζοντα, ἢ τῷ πόνῳ φοβῆντα, ἢ τῷ τύφῳ διαβεβοημένα·
 πῶς εὐτελῆ καὶ εὐκαταφρόνητα, καὶ ῥυπαρὰ, καὶ εὐ-
 φθαρτα, καὶ νεκρά, νοεῶς δυνάμειος ἐφιστάναι. τί εἰσιν
 ἔτοι, ὧν αἱ ὑπολήψεις καὶ αἱ φωναὶ τὴν εὐδοξίαν· τί ἐσι
 τὸ ἀποθανεῖν καὶ ὅτι, ἐάν τις αὐτὸ μόνον εἰδῇ, καὶ τῷ με-
 ρισμῷ τῆς ἐννοίας διαλύσῃ τὰ ἐμφανταζόμενα αὐτῷ,
 ἔκτετι ἄλλο τι ὑπολήψεται αὐτὸ εἶναι, ἢ φύσεως ἔργον.

vniuersi natura neglexit ista: nec errorem tam immanem ad-
 misisset vmquam, siue per impotentiam, siue per imperitiam,
 vt bona ac mala, bonis malisque ex aequo hominibus, nullo
 facto discrimine, contingere pateretur. atqui mors et vita, ho-
 nor et ignominia, dolor et voluptas, opes et paupertas, ista
 omnia bonis pariter malisque contingunt, quum nec honesta
 ea, nec inhonesta sint. nec bona itaque, nec mala sunt.

12. Facultatis rationalis est, considerare, quam velociter
 euanescent omnia, in mundo corpora, in aeuo eorumdem et-
 iam memoria: cuiusmodi sint omnia, quae sub sensum ca-
 dunt; horumque ea maxime, quae vel voluptate adliciunt,
 vel dolore percellunt, vel cum fastu celebrantur: quam vi-
 lia, contemnenda, quam sordida, caduca, mortua sint. qui-
 nam ii sint, quorum opiniones vocesque claritatem largiun-
 tur. quid sit ipsum mori: quodque, si quis rem ipsam per se
 intueatur, cogitationeque ab illa submouerit ea omnia, qui-
 bus tamquam laruis horrendis instructa imaginationi nostrae
 se obiiicit, nihil esse aliud comperiet, quam opus naturae.

Φύσεως δὲ ἔργον ἢ τις φοβεῖται, παιδίον ἐστὶ τοῦτο μέντοι οὐ μόνον Φύσεως ἔργον ἐστίν, ἀλλὰ καὶ συμφέρον αὐτῇ· πῶς ἄπτεται θεῶν ἄνθρωπος, καὶ κατὰ τί αὐτῷ μέρος, καὶ ὅταν πῶς ἔχῃ διακίηται τὸ τῷ ἀνθρώπῳ τῷτο μόριον.

γ'. Οὐδὲν ἀθλιώτερον τῷ πάντα κύκλῳ ἐκπεριερχομένῳ, καὶ τὰ νέεσθαι γᾶς, Φησὶν, ἐρευνῶντος, καὶ τὰ ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν πλησίον διὰ τεκμαίσεως ζητῶντος, μὴ αἰσθομένης δὲ, ὅτι ἀρκεῖ πρὸς μὲν τῷ ἑνδον ἑαυτῷ δαίμονι εἶναι, καὶ τῷτον γνησίως θεραπεύειν. Θεραπεία δὲ αὐτῷ, καθαρὸν πάθος διατηρεῖν, καὶ εἰκασιότητος, καὶ δυσαρεστῆσεως τῆς πρὸς τὰ ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων γινόμενα. τὰ μὲν γὰρ ἐκ θεῶν αἰδέσιμα δι' ἀρετὴν· τὰ δὲ ἐξ ἀνθρώπων φίλα διὰ συγγένειαν· ἐστὶ δὲ, ὅτε καὶ τρόπον τινὰ ἐλεεινὰ, δι' ἄγνοίαν ἀγαθῶν καὶ κακῶν· ἐκ ἐλάττων ἢ πῆρωσις αὐτῇ τῆς σεξισκίσης τῷ διακίηνειν τὰ λευκὰ καὶ μέλαινα.

ιδ'. Κἂν τρισχίλια ἔτη βιώσεται μέλλης, καὶ τοσαυτάκις μύρια, ὅμως μέμνησο, ὅτι εἰς ἄλλον ἀπο-

opus autem naturae vllum quisquis expauescit, puer est. verum enimvero mori non est opus tantum naturae, sed quod eidem et conducatur: *eiusdem denique facultatis fuerit, considerare*, homo Deum quomodo, et qua sui parte contingat; quoque pacto habitura se sit pars ista, vbi corpore soluta fuerit.

13. Nihil homine illo miserius est, qui omnia vndique peruagatur, et quum ea, quae subter terram sunt, quod ille ait, scrutatur, tum quae in animis alienis, coniectura nititur indagare: nec intelligit interim sufficere sibi, vt cum eo, quem intra se gerit, genio versetur, eumque legitime colat. colet autem, si adfectibus immunem custodierit, et temeritate alienum, nec offensum re aliqua, quam vel dii, vel homines egerint, quae enim dii agunt, virtutis nomine, veneranda: quae homines, cognationis ratione, sunt amica: sed et modo quodam misera quandoque ob bonorum malorumque ignorance, nec sane defectus hic minor est illo, qui alba et nigra intromiscere prohibet.

14. Etiam si ter mille annos victurus esses, et totidem insuper myriadas; illud tamen meminisse debes, nec vllam

βάλλει βίον, ἢ τῷτον, ὃν ζῇ· εἰδὲ ἄλλον ζῇ, ἢ ὃν ἀποβάλλει. εἰς ταυτὸ ἐν καθίσταται τὸ μήκιστον τῷ βραχυτάτῳ. τὸ γὰρ παρὸν πᾶσιν ἴσον, (εἰ) καὶ τὸ ἀπολλύμενον, ἐκ ἴσον· καὶ τὸ ἀποβαλλόμενον ἕτως ἀκαριαῖον ἀναφαίνεται. ἕτε γὰρ τὸ παρωχικός, ἕτε τὸ μέλλον ἀποβάλλοι ἂν τις. ὁ γὰρ ἐκ ἔχει, πῶς ἂν τις τῷτο αὐτῷ ἀφέλοιτο; τέτων ἐν τῶν δύο δεῖ μεμνησθαι· ἑνὸς μὲν, ὅτι πάντα ἐξ αἰδίδι ὁμοειδῇ καὶ ἀνακυκλόμενα, καὶ εἰδὲν διαφέρει, πότερον ἐν ἑκατὸν ἔτεσιν, ἢ ἐν διακοσίοις, ἢ ἐν τῷ ἀπείρῳ χρόνῳ τὰ αὐτά τις ὄψεται. ἑτέρου δὲ, ὅτι καὶ ὁ πολυχρονιώτατος, καὶ ὁ τάχιστα τεθνηζόμενος, τὸ ἴσον ἀποβάλλει. τὸ γὰρ παρὸν ἐστὶ μόνον, εἰ φερίσκεισθαι μέλλει, ὅπερ γε ἔχει καὶ τῷτο μόνον· καὶ, ὃ μὴ ἔχει τις, ἐκ ἀποβάλλει.

16. Ὅτι πᾶν ὑπόληψις. δῆλα μὲν γὰρ τὰ πρὸς τὸν Κυνικὸν Μόνιμον λεγόμενα· δῆλον δὲ καὶ τὸ χρησίμον τῷ λεγομένῳ, εἰάν τις αὐτῷ τὸ νόσιμον μέχρη τῷ ἀληθῆς δέχεται.

aliam vitam ab ea, quam degit, amittere quemquam: nec aliam ab ea, quam amittit, degere. eodem ergo redit longifissimum aetatis spatium cum eo, quod est breuissimum. praelens siquidem tempus est omnibus aequale: et quod amittitur, ergo aequale est omnibus: eademque ratione id, quod amittitur, momentaneum tantum esse constat. neque enim aut praeleritum, aut futurum, amittere quis potest. nam quis cuiquam id, quod non habet, abstulerit? horum itaque duorum meminisse oportebit: alterius nimirum, quod omnia ab aeterno consumilia fuerint, et in orbem ferantur: itaque nihil interesse, per centum annos, an per ducentos, an per tempus interminatum, eadem quis visurus sit. alterius vero, quod is, qui quam diutissime vixerit, et is, qui quam celerrime mortuus fuerit, tantumdem vitae prorsus amittit vterque. praelens siquidem duntaxat vterque tempus amittit, quum hoc duntaxat habeat, nec amittere possit quis, quod non habet.

15. In opinione sita sunt omnia. docent hoc, quae a Monimo dicta sunt. horum autem utilitas comparebit, si quis, quae festiue ab illo conscripta sunt, quatenus veritatem habent patrocinantem, admiserit.

15. Τρεῖς αὐτὴν ἢ τῷ ἀνθρώπῳ ψυχὴ, μάλιστα μὲν, ὅταν ἀπόσημα μὲν καὶ οἷον Φῦμα τῷ κόσμῳ ὅσον ἐφ' αὐτῷ γένηται. τὸ γὰρ θυχεραίνειν τινὶ τῶν γινομένων, ἀπόσασίς ἐστι τῆς φύσεως, ἥς ἐν μέρει ἐκάστῃ τῶν λοιπῶν φύσεις περιέχονται. ἔπειτα δὲ, ὅταν ἀνθρωπὸν τινα ἀποσραφῇ, ἢ καὶ ἐναντία φέρεται, ὡς βλάψασα, ὅσαι εἰσιν αἱ τῶν ὀργιζομένων. τρίτον ὑβρίζει αὐτὴν, ὅταν ἡσᾶται ἡδονῆς, ἢ πόνου. τέταρτον, ὅταν ὑποκρίνηται, καὶ ἐπιπλάσῃ, καὶ ἀναλήθως τι ποιῇ, ἢ λέγῃ. πέμπτον, ὅταν πρᾶξιν τινα αὐτῆς καὶ ὀρμὴν ἐπ' ἑδνα σποπὸν ἀφίῃ, ἀλλὰ εἰκῇ καὶ ἀπαρakoλῃ θήτως ὅτιον ἐνεργῇ, δεόν καὶ τὰ μικρότατα κατὰ τὴν ἐπὶ τὸ τέλος ἀναφορὰν γίνεσθαι· τέλος δὲ λογικῶν ζώων, τὸ ἔπεσθαι τῷ τῆς πόλεως καὶ πολιτείας τῆς πρεσβυτάτης λόγῳ καὶ θεσμῷ.

16. Τῷ ἀνθρώπῳ βίς ὁ μὲν χρόνος, σιγμὴ ἢ δὲ ὥσια, ῥέσας· ἢ δὲ αἰσθησις, ἀμυδρά· ἢ δὲ ὅλα τῷ σώματος σύγκρισις, εὐσηπτος· ἢ δὲ ψυχὴ, ῥόμβος· ἢ δὲ

16. Contumelia se adfcit anima humana : in primis, quando abscessus et quali struma mundi, quantum in ipso est, euadit. abscessionem enim facit a natura, in cuius parte aliqua reliquorum omnium cuiusque natura continetur, qui re aliqua obueniente offenditur. deinde quum vel hominem quemcumque auersatur, vel laedendi consilio aduersatur alicui : huiusmodi sunt autem irascentium animae. tertio contumelia se adfcit, quum voluptati, vel dolori, succumbit. quarto, quum simulat, ac ficte, vel falso agit quidquam, loquiturue. quinto, quoties actionem, aut conatum suum ad nullum certum scopum destinat, sed temere agit, et nescia ipsa, quid velit : quum etiam minutissima quaeque ita sint agenda, vt ad finem ipsum referantur : finis autem animantium rationis participum hic est, vt ciuitatis ac politiae antiquissimae rationi legibusque oblequantur.

17. Vitae humanae tempus, punctum est : natura, fluxa : sensus, obscurus : corporis vniuersi fabrica, putrescere prona : anima, vaga : fortuna, res imperuestigabilis : fama,

τύχη, δυστέκμαρτον, ἢ δὲ Φήμη, ἀκρίτον. συνελόντι δὲ εἰπεῖν, πάντα, τὰ μὲν τῷ σώματος, ποταμός· τὰ δὲ τῆς ψυχῆς, ὄνειρος καὶ τύφος· ὁ δὲ βίος, πόλεμος καὶ ξένος ἐπιδημία· ἢ ὑπεροφημία δὲ, λήθη. τί ἐν τῷ παρὰ πέμψαι δυνάμενον; ἐν καὶ μόνον φιλοσοφία. τῷτο δὲ ἐν τῷ τηρεῖν τὸν ἑνδον δαίμονα ἀνύβριτον, καὶ ἀσινῇ, ἡδονῶν καὶ πόνων κρείσσονα, μηδὲν εἰκῇ ποιῶντα, μηδὲ διεψευσμένως καὶ μεθ' ὑποκρίσεως, ἀνενδεῇ τῷ ἄλλον ποιῆσαί τι, ἢ μὴ ποιῆσαι· ἔτι δὲ τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα δεχόμενον, ὥς ἐκεῖθεν ποθεν ἐρχόμενα, ὅθεν αὐτὸς ἦλθεν· ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸν θάνατον ἴλεω τῇ γνώμῃ περιμένοντα, ὥς ἔδεν ἄλλο, ἢ λύσιν τῶν σοιχείων, ἐξ ὧν ἕκαστον ζῶον συγκρίνεται. εἰ δὲ αὐτοῖς τοῖς σοιχείοις μηδὲν δεινὸν ἐν τῷ ἕκαστον διηνεκῶς εἰς ἕτερον μεταβάλλειν, διὰ τί ὑπὶ δὴταί τις τὴν πάντων μεταβολὴν καὶ διάλυσιν; κατὰ φύσιν γάρ· ἔδεν δὲ κακὸν κατὰ φύσιν.

Τὰ ἐν Καρνέντῳ.

quiddam iudicii experts: et, vt verbo dicam, omnia, corporis quidem fluuius; animae vero, somnium et fumus: vita, militia et hospitis in peregrino mora: fama postuma, obliuio mœra. quidnam est ergo, quod *hominem* deducere et transmittere possit? res sola et vnica est, philosophia. ea autem in hoc consistit, vt genium quis suum interim conferuet integrum, contumelia ac laesione omni immunem, voluptate ac dolore omni superiorem, nihil temere, aut fiste simulatque agentem, sibi sufficientem, quum, vt alii faciant, aut ne faciant quid, opus nihil habeat: porro, quaecumque eueniunt, ac destinantur sibi, ita excipientem, tamquam inde obuenientia, vnde venerit ipse: mente denique propitia placidaque mortem ipsam expectantem, tamquam elementorum eorum dissolutionem, ex quibus animal vnumquodque consistit. si autem elementis ipsis nihil graue contingit, quod in alterum vnumquodque eorum iugiter transmutatur, cur illam, quae omnibus accidit, mutationem ac dissolutionem metuat, aut suspectam quis habeat? secundum naturam quippe sit: nihil est autem malum, quod est naturae consentaneum.

Quae Carnunt.

ΒΙΒΛΟΣ γ.

Οὐχὶ τῷτο μόνον δεῖ λογίζεσθαι, ὅτι καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἀπαναλίσκεται ὁ βίος, καὶ μέρος ἔλαττον αὐτῷ καταλείπεται· ἀλλὰ καὶ κεῖνο λογιστέον, ὅτι, εἰ ἐπὶ πλεονεξία τις, ἐκεῖνό γε ἄδηλον, εἰ ἐξαρκέσει ὁμοία αὐδῆς ἢ διάνοια πρὸς τὴν σύνεσιν τῶν πραγμάτων, καὶ τῆς θεωρίας τῆς συντείνεσης εἰς τὴν ἐμπειρίαν τῶν τε θείων καὶ τῶν ἀνθρωπείων. εἰ γὰρ παραληρεῖν ἄρξῃται, τὰ μὲν διαπνεῖσθαι, καὶ τρέφεσθαι, καὶ φαντάζεσθαι, καὶ ὀρεῖσθαι, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ἐκ ἐνδεήσεως· τὸ δὲ ἑαυτῷ χρῆσθαι, καὶ τὰς τῷ καθήκοντος ἀρετὰς ἀκριβῶς, καὶ τὰ προφαινόμενα διακρίνειν, καὶ περὶ αὐτῶν τῶν, εἰ ἤδη ἐξακτέον αὐτόν, ἐφιστάνειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα λογισμῶν συγγεγυμνασμένους πάντας χρῆζει, προαποσβέννυται. καὶ ἐν ἐπείγεσθαι, ἢ μόνον τῷ ἐγγυτέρῳ τῷ θανάτῳ ἐκαστοτε γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τὴν ἐννόησιν τῶν πραγμάτων καὶ τὴν παρακολύθησιν προαπολήγειν.

LIBER III.

NON est hoc tantum nobis cogitandum, singulis diebus absumi vitam, minoremque eiusdem supereffe portionem: sed et illud reputandum, quod, si quis diutius vitam protraxerit, incertum sit, utrum mentis vires pariter idoneas sit habiturus ad rerum intelligentiam, et ad contemplationem eam, quae ad rerum divinarum humanarumque peritiam contendit. nam si delirare coeperit, perspiratio forsan, et nutritio, et imaginatio, et appetitus, et istiusmodi reliqua, nequaquam deficient: ea vero vis, qua sese uti possit, et officii sui numeros omnes absolovere, et quae animo conceperit, distincte explicare, et de hoc ipso, an mortem sibi consciscere debeat, considerare, et eiusmodi uniuersa, quae rationem probe subactam desiderant, *haec, inquam, vis iam prorsus extincta iacebit.* Festinandum itaque, non hac sola ratione, quia mortem propius per momenta singula acceditur; sed hac insuper, quia rerum consideratio et intellectus ante mortem nos saepenumero destituit.

Β'. Χρὲ καὶ τὰ τοιαῦτα παραφυλάσσειν, ὅτι καὶ τὰ ἐπιγινόμενα τοῖς φύσει γινομένοις ἔχει τι εὐχαρι καὶ ἐπαγωγόν. οἷον ἄρτε ὀπτωμένα παραρρήγνυτά τινα μέρη καὶ ταῦτα ἐν τὰ διέχοντα, ἕτως καὶ τρόπον τινα παρὰ τὸ ἐπάγγελμα τῆς ἀρτοποιίας ἔχοντα, ἐπιπρέπει πως, καὶ προθυμίαν πρὸς τὴν τροφὴν ιδίως ἀνακινεῖ. πάλιν τε τὰ σῦκα, ὁπότε ὠραιότατά ἐσι, κέχνηεν. καὶ ἐν ταῖς δρυπετέσι ἐλαίαις, αὐτὸ τὸ ἐγγὺς τῇ σήψει, ἴδιον τι κάλλος τῷ καρπῷ προσέθισιν. οἱ σάχυες δὲ κάτω νεύοντες, καὶ τὸ τῷ λέοντος ἐπισκύνιον, καὶ ὁ τῶν σῶν ἐκ τῷ σώματος ῥέων ἀφρός, καὶ πολλὰ ἕτερα, κατ' ἰδίαν ἢ τις σκοποῖη, πόρρω ὄντα τῷ εὐεϊδῆς, ὅμως, διὰ τὸ τοῖς φύσει γινομένοις ἐπακολουθεῖν, συνεπικοσμεῖ καὶ ψυχαγωγεῖ. ὥστε εἴ τις ἔχοι πάθος καὶ ἔννοιαν βαθυτέραν πρὸς τὰ ἐν τῷ ὅλῳ γινόμενα, σχεδὸν ἐδὲν ἐχέι δόξει αὐτῷ καὶ τῶν κατ' ἐπακολουθήσιν συμβαινόντων ἡδέως πως διασυνίστασθαι. ἕτως δὲ καὶ θηρίων ἀληθῆ χάσματα, ἐχ' ἥτσον ἡδέως ὁψεται, ἢ ὅσα γραφεῖς καὶ πλά-

2. Etiam istud est observatu non indignum, quod ea quoque, quae a natura genitis superueniunt, gratiam suam quamdam et venustatem obtinent. quemadmodum panis, quum coquitur, particulas quasdam diffindi cernimus: attamen intercisa et hiantia ista, quamvis ab artis pistoriae instituto aliena, decoris speciem quamdam prae se ferunt, et comedendi desiderium suo modo irritant. ficus quoque, ubi plene maturuerint, dehiscunt. sed et in oliui praematuris illud, putredini vicinum, gratiam peculiarem quamdam baccae conciliat. spicae itidem deorsum vergentes, et leonis supercilium, et aprorum ab ore diffuens spuma, multaue alia istiusmodi, quae seorsim si quis intueatur, sunt venustate omni procul: quia tamen rebus naturalibus adnascuntur, et ornatum illis adiiciunt, et contemplantium quoque animos adficiunt. proinde, si quis animum ac cogitationem norit altius defigere in ea, quae in vniuerso hoc fiunt, nihil fere etiam in eis, quae quasi appendicis cuiusdam loco *res naturales* consequuntur, deprehendet, quod non etiam cum oblectatione quadam huic ipsi commendare sese videatur. quin et idem ferarum rictus veros haud minore cum voluptate

σαι μιμνέμενοι δεικνύουσιν. καὶ γεὰς καὶ γέροντος ἀκμήν τινα καὶ ὄραν, καὶ τὸ ἐν παισὶν ἐπαφρόδιτον, τοῖς ἑαυτῷ σώφροσιν ὀφθαλμοῖς ὄραν δυνήσεται. καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἑ παντὶ πιθανὰ, μόνῳ δὲ τῷ πρὸς τὴν φύσιν, καὶ τὰ ταύτης ἔργα γνησίως ἀκραιωμένῳ προπεσῆται.

γ'. Ἱπποκράτης πολλὰς νόσους ἰασάμενος, νοσήσας ἀπέθανεν. οἱ Χαλδαῖοι πολλῶν θανάτους προηγόρευσαν· εἴτα καὶ αὐτοὺς τὸ πεπερωμένον κατέλαβεν. Ἀλέξανδρος, καὶ Πομπήιος, καὶ Γαῖος Καῖσαρ, ὅλας πόλεις ἄρδην τοσαυτάκις ἀνελόντες, καὶ ἐν παρατάξει πολλὰς μυριάδας ἰππέων καὶ πεζῶν κατακόψαντες, καὶ αὐτοὶ ποτε ἐξῆλθον τῇ βίῃ. Ἡράκλειτος, περὶ τῆς τῷ κόσμῳ ἐκπυρώσεως τοσαῦτα φυσιολογήσας, ὕδατος τὰ ἐντὸς πληρωθεὶς βολβίτῳ καταχεχρισμένος ἀπέθανεν, Δημόκριτον δὲ οἱ φθεῖρες, Σωκράτην δὲ ἄλλοι φθεῖρες ἀπέκτειναν. τί ταῦτα; ἐνέβης, ἐπλευσας, κατήχθης· ἐκβηθι. εἰ μὲν ἐφ' ἕτερον βίον, ἐδὲν θεῶν κενόν, ἐδὲ ἐκῆ.

contuebitur, quam pictorum fictorumue arte per imitationem expressos. tam vetulae item vetulie maturitatem quamdam ac decorem, quam et quidquid in pueris venustatis animum adlicentis deprehenditur, castis oculis spectare poterit. denique contingunt multa huiusmodi, quae non cuius sunt grata, sed illi duntaxat, qui aduersus naturam operaque eiusdem animum habuerit probe conciliatum.

3. Hippocrates, ubi multos sustulerat morbos, morbo tandem et ipse sublatu est. Chaldaei, quum multorum mortem praedixissent, morti demum et ipsi concesserunt. Alexander, Pompeius, C. Caesar, quum tot vrbes funditus eueritissent, tot hominum myriades in praelio cecidissent, ipsi quoque tandem vita exceßerunt. Heraclitus, de mundi conflagratione quum prolixè differuisset, aqua *intercuto* viscera distentus, stercoreque oblitus bubulo, interiit. Democritum pediculi, Socratem etiam pediculi, sed aliusmodi, sustulerunt. quorsum ista? nauem conscendisti, nauigasti, appulisti: egredere. si ad vitam alteram; nihil, ne ibi quidem, numinis est inane. sin sensu cariturus sis, defines voluptatibus ac dolori-

εἰ δὲ ἐν ἀνασθησίᾳ, παύσῃ πόνων καὶ ἡδονῶν ἀνεχόμενος, καὶ λατρεύων τοσάτω χεῖρονι τῷ ἀγγεῖω. ἢ περιέσι τοῦ ὑπηρετῆν· τὸ μὲν γὰρ νῆς καὶ δαίμων, τὰ δὲ γῆ καὶ λύθρος.

δ'. Μὴ κατατρίψῃς τὸ ὑπολιπόμενον τῇ βίᾳ μέρος ἐν ταῖς περὶ ἐτέρων φαντασίαις, ὁπόταν μὴ τὴν ἀναφορὰν ἐπὶ τι κοινωφελὲς ποιῇ. ἤτοι γὰρ ἄλλὰ ἔργα εἶρη, ταῦτέστι φανταζόμενος, τί ὁ δεῖνα πράσσει, καὶ τί νος ἔνεκεν, καὶ τί λέγει, καὶ τί ἐνδυμεῖται, καὶ τί τεχνάζεται, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ποιεῖ ἀπορρέμβεσθαι τῆς τῇ ἰδίᾳ ἡγεμονικῇ παρατηρήσεως. χρεὶ μὲν ἔν καὶ τὸ εἰκῇ καὶ μάτην ἐν τῷ εἰρημῷ τῶν φαντασιῶν περιψάσθαι, πολὺ δὲ μάλιστα τὸ περιεργον, καὶ κακώτερον καὶ ἐδιδόσθαι ἑαυτὸν, μόνᾳ φαντάζεσθαι, περὶ ὧν εἰ τις ἄφρων διανέροιτο, τί νῦν διανοῇ; μετὰ παρρησίας παραχρῆμα ἂν ἀποκρίναιτο, ὅτι τὸ καὶ τό· ὡς ἐξ αὐτῶν εὐθύς δηλὰ εἶναι, ὅτι πάντα ἀπλᾶ καὶ εὐμενῇ, καὶ ζῶς κοινωνικῇ, καὶ ἀμελῆντος ἡδονικῶν, ἢ καθάπαξ ἀπολαυστικῶν φαντασμάτων, ἢ φιλονεικίας τινός, ἢ βασικανίας καὶ

bus distineri; defines vasi tanto deteriori inferuire. an non enim praestantius est id, quod inferuit? quum alter mens et genius, alter limus et sanies sit.

4. Quod superest vitae reliquum, ne conteras in cogitationibus de rebus alienis, nisi si quid ad communem utilitatem spectauerit; puta, cogitando, quid iste vel ille agat, et quorsum hoc vel illud agat, quid loquatur, quid cogitet, quid machinetur, et cetera. etenim operis alieni observatio, a mentis propriae custodia cogit euagari. oportet itaque in cogitationum serie frustaneum et superfluum omne declinare: curiosum autem et malignum multo magis: adfuefacere vero te debes, ut ea duntaxat cogites, de quibus, si quis subito te requisierit, quid nunc in animo versas, libere statim respondere queas, istud vel illud: vnde palam fiat extemplo, esse omnia apud te simplicia beneuolaeque, animalis sicut socialis, et cogitationes omnes neglectim habentis, quaecumque voluptatem, aut luxum, villo modo respiciant; aut aemulationem etiam, aut inuidentiam et suspicionem, aut apud

ὑποψίας, ἢ ἄλλῃ τινὰς, ἐφ' ᾧ ἐρυθρίασκειας ἐξηγέμενος, ὅτι ἐν νῶ αὐτὸ εἶχες. ὁ γὰρ τοι ἀνὴρ ὁ τοιοῦτος, οὐκ ἔτι ὑπερυθέμενος, τὸ ὥς ἐν ἀρίστοις ἦδη εἶναι, ἱερεὺς τις καὶ ὑπεργὸς θεῶν, χρώμενος καὶ τῷ ἔνδον ἰδρυμένῳ αὐτῷ, ὃ παρέχεται τὸν ἀνθρώπον ἀχραντὸν ἡδονῶν, ἀτρωτὸν ὑπὸ παντὸς πόνου, πάσης ὕβρεως ἀνέπαφον, πάσης ἀναιδέτητον πονηρίας, ἀθλητὴν ἀδελγὲς τῷ μεγίστῳ, τῷ ὑπὸ μηδενὸς πάθους καταβληθῆναι, δικαιοσύνην βαβαμμένον εἰς βάθος, ἀσπαζόμενον μὲν ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα πάντα· μὴ πολυλάκις δὲ, μηδὲ χωρὶς μεγάλης καὶ κοινωφελῆς ἀνάγκης φανταζόμενον, τί ποτε ἄλλος λέγει, ἢ πρᾶσσαι, ἢ διανοεῖται. μόνῃ γὰρ τὰ ἑαυτῷ πρὸς ἐνέργειαν ἔχει, καὶ τὰ ἑαυτῷ ἐκ τῶν ὅλων συγκλωθόμενα διηνεκῶς ἐννοεῖ· κακῆϊνα μὲν καλὰ παρέχεται, ταῦτα δὲ ἀγαθὰ εἶναι πέπεισται. ἢ γὰρ ἐκάστῳ νεμομένη μεδῖρα συνεμφέρεται τε καὶ συνεμφέρει. μέμνηται δὲ, καὶ ὅτι συγγενὲς πᾶν τὸ λογικόν· καὶ ὅτι κηδεσθαι μὲν πάντων ἀνθρώπων

quidlibet, de quo proloqui pudeat, hoc te vel illud in animo habuisse. Vir ita compositus, quo minus in optimorum numero censeatur, iam nihil est, quum deorum sacerdos ac minister quidam existat, eoque, quod intra se gerit, numine rite utatur, quod hominem *utique* praestat intaminatum voluptatibus, dolore omni illaesum, contumelia intactum, improbitatis ne sentientem quidem; certaminis praestantissimi, ne ab adfectu scilicet villo subuertatur, athletam; iustitia penitus imbutum; ex animo prorsus amplexantem, quaecumque ex lege diuina illi attributa contigerint; qui raro admodum, nec citra magnam aliquam atque in commune vtilem occasionem aduertat, quid alius quispiam dicat, faciat, cogitet, suis enim duntaxat agendis intentus est; sibi que ab vniuerso destinata cogitat assidue: et illa quidem honesta praestat, ista optima esse persuasum habet. fors enim vnicuique assignata et conducit ei, et in eum finem est eidem collata. meminit etiam, cognatum esse rationale omne: et naturae ipsius humanae rationem ab vnoquoque hoc exigere, vt hominibus

κατὰ τὴν τῷ ἀνθρώπῳ φύσιν ἐστίν. δόξης δὲ ἔχῃ τῆς παρὰ πάντων ἀνδεκτεῖν, ἀλλὰ τῶν ὁμολογούμενων τῇ φύσει βιούντων μόνον. οἱ δὲ μὴ ἔτιως βιῶντες, ὅποιοι τινες οἴκοι τε καὶ ἔξω τῆς οἰκίας, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, οἷοι μεθ' οἷων φύρονται, μεμνημένος διατελεῖ. ἔτι τοίνυν ἔδδὲ τὸν παρὰ τῶν τοιούτων ἔπαινον ἐν λόγῳ τίθεται, οἷγε ἔδδὲ αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἀρέσκονταί.

ἔ. Μῆτε ἀκρίσιος ἐνέγχει, μῆτε ἀκοινώνητος, μῆτε ἀνεξέταστος, μῆτε ἀνδελκόμενος· μῆτε κομψείᾳ τὴν διανοίαν σὺ καλλωπίζετω· μῆτε πολυρρήμων, μῆτε πολυπραγμων ἔσο. ἔτι δὲ ὁ ἐν σοὶ θεὸς ἔσω προσάτης ζῶν ἄρρενος, καὶ πρεσβύτερ, καὶ πολιτικῷ, καὶ Ῥωμαίῳ, καὶ ἀρχοντος, ἀνατεταχότος ἑαυτὸν, ὅς ἂν εἴη τις περιμένων τὸ ἀνακλητικὸν ἐκ τῷ βίῳ εὐλυτος, μῆτε ὄρεα δεόμενος, μῆτε ἀνθρώπων τινὸς μάρτυρος. ἐν δὲ τὸ Φαιδρὸν, καὶ τὸ ἀπροσδεὲς τῆς ἑξωθεν ὑπηρεσίας, καὶ τὸ ἀπροσδεὲς ἡσυχίας, ἣν ἄλλοι παρέχουσιν. ὁρῶν ἔν τι ναι χρῆ, ἔχῃ ὁρῶμενον.

quorumvis curam habeat. porro, nec a quibuslibet existimationem esse amplectendam; sed ab eis tantum, qui naturae consentaneam vitam agunt. qui secius vivunt, quales sint domi, quales foris, quomodo noctu, quomodo interdiu se gerant, quales cum qualibus volentur, in memoria habet. itaque laudem illorum nihili pendit, qui ne sibi quidem ipsis placent.

5. Neque inuitus *quidquam* agas, neque societatis communis immemor, nec, nisi re probe prius explorata, adgressus, nec *adfectibus* abreptus. sed nec sensus tuos exornet sermonis elegantia; nec dictionis multae fueris, nec negotiis multi audis. faxis vero, ut qui in te residet Deus, praeses sit animantis masculi, aetate prouecti, reipublicae studiosi, Romani, principis; qui ita se composuerit, ut qui promptus decedere, classicum duntaxat, quo e vita auocetur, expectet. quique nec iuramento proprio, nec alius cuiusquam testimonio opus habeat. porro, vultus adsit hilaris, animusque ita comparatus, ut nec externo aliquo indigeas ministerio, nec tranquillitate ea, quam ab aliis suppeditari necesse sit; reatum denique, non surrectum, esse oportet.

5. Εἰ μὲν κρεῖττον εὐρίσκεις ἐν τῷ ἀνθρώπῳ βίῳ δικαιοσύνης, ἀληθείας, σωφροσύνης, ἀνδρείας, καὶ κατὰπαξ τῇ ἀρκεῖσθαι ἑαυτῇ τὴν διάνοιάν σου, ἐν οἷς κατὰ τὸν λόγον τὸν ὀρθὸν πράσσοντά σε παρέχεται, καὶ ἐν τῇ εἰμαρμένῃ, ἐν τοῖς ἀπροαιρέτως ἀπονεμομένοις· εἰ τὰς, Φημί, κρεῖσσόν τι ἔρως, ἐπ' ἐκείνο ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τραπόμενος, τῇ ἀρίστῃ εὐρισκομένῃ ἀπώλαυς. εἰ δὲ μηδὲν κρεῖττον φαίνεται αὐτῇ τῇ ἐνδρυμένῃ ἐν σοὶ δαίμονος, τὰς τε ἰδίας ἡμέας ὑποτεταχότος ἑαυτῷ, καὶ τὰς φαντασίας ἐξετάζοντος, καὶ τῶν αἰσθητικῶν πείσεων, ὡς ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, ἑαυτὸν ἀφελκυκότος, καὶ τοῖς θεοῖς ὑποτεταχότος ἑαυτὸν, καὶ τῶν ἀνθρώπων προκηδομένη· εἰ τὰς πάντα τὰ ἄλλα μὴ κρότερα καὶ εὐτελέτερα εὐρίσκεις, μηδὲν χώραν δίδω ἑτέρῳ, πρὸς ὃ ρέψας ἅπαξ καὶ ἀποκλίνας, ἔκ ἐτι ἀπερισπάτως τὸ ἀγαθὸν ἐκείνο τὸ ἴδιον καὶ τὸ σὸν προτιμᾷν δυνήσῃ· ἀντικαθῆσθαι γὰρ τῷ λογικῷ καὶ ποιητικῷ ἀγαθῷ, ὃ θέμις, εἰδ' ὅτις ἐτερογενὲς, οἷον τὸν παρὰ

6. Si quid in vita humana deprehenderis praestabilius iustitia, veritate, temperantia, fortitudine, et, ut vno verbo absolua omnia, animo ita adfecto, ut in eis, quae secundum rationis dictamen peragenda sunt, sibi met ipsismet ipsi, in eis, quae citra consilii proprii opem obueniunt, fato adquiescat; si quid, inquam, praestantius hoc aduerteris, eo te veritas, eodemque, tamquam bono praestantissimo, quo fruaris, toto animo fac incumbas. sin praestabilius nihil offenderis, genio in te collocato, quum ita fuerit comparatus, ut motus suos omnes sibi subiecerit, et visa quaeque diligenter exploret, et a sensuum adfectionibus, quod Socrates dicebat, sese abstraherit, deis autem se regendum permiserit, hominibusque quibusuis curam lubens impendat: si animo sic adfecto inferiora vilioraque cetera omnia deprehendis, nulli alii rei cuiquam locum concedas, ad quam animo deuergente si inclinaueris quidquam, bonum illud proprium et peculiariter tuum, quo minus libere colas praeferasque, obstabit: bono siquidem rationali et publicum spectanti nihil extraneum ex aduerso consistere fas est; vulgi, puta, existimationem, principatus,

πολλῶν ἔπαινον, ἢ ἀρχάς, ἢ πλῆτον, ἢ ἀπολαύσεις ἡδονῶν. πάντα ταῦτα, καὶ πρὸς ὀλίγον ἐναρμόζειν δόξῃ, κατεκράτησεν ἄφνω, καὶ παρήνευγεν. σὺ δὲ, Φημί, ἀπλῶς καὶ ἐλευθερίως ἐλᾷ τὸ κρεῖττον, καὶ τῆς ἀντιχρ. κρεῖττον δὲ τὸ συμφέρον, εἰ μὲν τὸ ὡς λογικῶς, τῆς τῆς εἰ δὲ τὸ ὡς ζῶν, ἀπόφνηαι, καὶ αὐτίφως Φύλασσε τὴν κρίσιν μόνον, ὅπως ἀσφαλῶς τὴν ἐξέτασιν ποιήσῃ.

ζ'. Μὴ τιμήσης ποτὲ ὡς συμφέρον σεαυτῆ, ὃ ἀναγκάσει σέ ποτε τὴν πίσιν παραβῆναι, τὴν αἰδῶ ἐγκαταλιπεῖν, μισῆσαί τινα, ὑποπτεῦσαι, καταράσασθαι, ὑποκρίνασθαι, ἐπιθυμῆσαί τινος τοίχων καὶ παραπετασμάτων θεομένων. ὁ γὰρ τὸν ἑαυτῆ νῦν καὶ δαίμονα, καὶ τὰ ὄργια τῆς τῆς ἀρετῆς προελόμενος, τραγωδίαν ἔποιεῖ, ἔσενάζει, ἐκ ἐρημίας, ἔ πολυπληθείας δέσσεται· τὸ μέγιστον, ζήσει, μήτε διώκων, μήτε Φεύγων· πότερον δὲ ἐπὶ πλεον διάστημα χρόνος τῷ σώματι περιεχομένη τῇ ψυχῇ, ἢ ἐπ' ἔλασπον χεῖσεται, ἔδ' ὅτιαν

diuitias, aut vitam voluptuariam. haec enim omnia, si vel minimum conuenire visā fuerint, praeualebunt confestim, et abripiunt te. at tu simpliciter libereque id, quod praestantius est, eligito, eique strenue adhaerescito. praestat autem id, quod conducit. itaque si *conducere tibi videbitur*, quatenus ratione praedictus es, retineas; sin, quatenus animatus es tantum, repudies; iudiciumque, quo minus externa rerum facie specieque corrumpatur, integrum seruare curae sit, quo rerum examen exquisitius instituas.

7. Nihil umquam in pretio pro vtili habeas, quod eo te adigat, ut fidem fallas, modestiam deseras, oderis quemquam, suspectum habeas, execreris, simules, appetas quidquam, quod parietes circumiectos velamentaue desideret. qui enim mentem geniumque eundem suum, et virtutis huiusce ritus sacros, ceteris omnibus antetulerit, is tragœdiam nullam excitat, non ingemiscit, non solitudine, non frequentia opus habet: quod est maximum, victurus est, *mortis* nec appetens, nec metuens: quin nec tantillum interesse censebit, spatio temporis prolixiore, an contractiore, anima sua corpore

αὐτῶ μέλει καὶν γὰρ ἤδη ἀπαλλάσσεσθαι δέη, οὕτως εὐλύτως ἀπεισιν, ὡς ἄλλο τι τῶν αἰδημόνως καὶ κοσμίως ἐνεργεῖσθαι δυναμένων ἐνεργήσεων τοῦτο μόνον παρ' ὅλον τὸν βίον εὐλαβέμενος, τὸ τὴν διάνοιαν ἐν τινὶ τῶν οἰκείων νοεῖν πολιτικῆς ζωῆς τροπῇ γενέσθαι.

ή. Οὐδὲν ἂν ἐν τῇ διανοίᾳ τῆ κεκολασμένη καὶ ἐκκεκαθαρμένη πυῶδες, οὐδὲ μὴν μεμολυσμένον, οὐδὲ ὑψηλὸν εὖροις. ἔδδ' ἀσυντελῆ τὸν βίον αὐτῇ ἢ πεπραμένη καταλαμβάνει, ὡς ἂν τις εἴποι τὸν τραγῶδον, πρὸ τῆ τελέσαι καὶ διαδραματίσαι, ἀπαλλάττεσθαι. ἔτι δὲ ἔδδ' ἐν δῆλον, ἔδδ' κομψόν, ἔδδ' προσδεδεμένον, ἔδδ' ἀπεχισμένον, ἔδδ' ὑπεύθυνον, ἔδδ' ἐμφωλεῦον.

θ'. Τὴν ὑποληπτικὴν δύναμιν σέβει. ἐν ταύτῃ τὸ πᾶν, ἵνα ὑπόληψις τῷ ἡγεμονικῷ σὲ μηκέτι ἐγγένηται ἀνακόλυσθον τῇ φύσει, καὶ τῇ τῆ λογικῆς ζωῆς κατασκευῇ. αὕτη δὲ ἐπαγγέλλεται ἀπροπτωσίαν, καὶ τὴν πρὸς ἀνθρώπους οἰκείωσιν, καὶ τὴν τοῖς θεοῖς ἀκολοῦσίαν.

inclusa vtatur : vtpote qui, si statim demigrandum fuerit, perinde promptus sit decedere, ac aliud quid agere, quod modeste et decore agi oporteat. hoc autem vnum per vitam totam cauet religiose, ne mens sibi quidquam eorum subterfugiat, quae animantis rationalis et civilis propria sunt munera.

8. In hominis castigati atque expurgati animo, nihil suppurati, nihil impuri, nihil subdoli offendas. neque vero vitam huius non consummatam fatum vmquam abruperit. perinde ac si tragoedum dixerit quis ante fabulam peractam scena cessasse. quin nec seruile quidpiam in eodem, aut adfectatum deprehendas, aut addictum, aut abscissum, aut quod censuram refugiat, aut quod latebras requirat.

9. Facultatem opinatricem venerare. in hoc enim sita sunt omnia, vt menti tuae nulla insit cogitatio, quae vel naturae, vel animantis ratione praediti conditioni non sit consentanea. postulat autem ista, vt nihil temere statuamus, vt hominibus beneuoli, deisque obsequentes simus.

ί. Πάντα ἔν ῥίψας, ταῦτα μόνον τὰ ὀλίγα σύν-
 ἔχει καὶ ἔτι συμμνημόνευε, ὅτι μόνον ζῇ ἕκαστος τὸ παρὸν
 τῷτο, τὸ ἀκαριαῖον τὰ δὲ ἄλλα, ἢ βεβίωται, ἢ ἐν ἀδή-
 λῳ μικρὸν μὲν ἔν, ὃ ζῇ ἕκαστος, μικρὸν δὲ τὸ τῆς γῆς
 γωνίδιον, ὅπῃ ζῇ· μικρὸν δὲ καὶ ἡ μηκίστη ὑπεροφημία,
 καὶ αὐτὴ δὴ κατὰ διαδοχὴν ἀνθρωπαρίων τάχιστα
 τεθνηξομένων, καὶ ἐκ εἰδότην ἐδὲ ἑαυτὸς, ὅτε γε τὸν
 πρόπαλα τεθνηκότα.

ια'. Τοῖς δὲ εἰρημένοις παρατήμασιν ἐν ἔτι προς-
 ἔτω, τὸ ὄρον ἢ ὑπογραφὴν αἰεὶ ποιῶνται τῷ ὑποκίπτον-
 τος φαντασῶ, ὥστε αὐτὸ ὁποῖόν ἐστι κατ' ἐσίαν γυμνόν,
 ὅλον δὲ ὅλων διηρημένως βλέπειν, καὶ τὸ ἴδιον ὄνομα
 αὐτῶ, καὶ τὰ ὀνόματα ἐκείνων, ἐξ ὧν συνεκρίθη, καὶ
 εἰς ἃ ἀναλυθῆσεται, λέγειν παρ' ἑαυτῶ. ἐδὲν γὰρ ἔτως
 μεγαλοφροσύνης ποιητικόν, ὡς τὸ ἐλέγχειν ὁδῶ καὶ ἀλη-
 θεία ἕκαστον τῶν τῷ βίῳ ὑποκίπτόντων δύνασθαι, καὶ τὸ
 αἰεὶ ἔτως εἰς αὐτὰ ὁρᾶν, ὥστε συνεπιβάλλειν, ὁποῖῳ τινὶ
 τῷ κόσμῳ, ὁποῖαν τινὰ τῷτο χρεῖαν παρεχόμενον, τίνα

10. Missis itaque rebus ceteris, pauca ista apud te ha-
 beams: meminérisque insuper, vñumquemque praefens tan-
 tummodo aetatis spatium, quod puncti instar obtinet, viuere;
 reliquum tempus, vel iam exactum, vel in incerto plane situm.
 exiguum est itaque, quod viuit quisque; exiguus et telluris,
 in quo vitam agit, angulus: exiguum quiddam, quae et diu-
 tissime prorogatur, postuma fama; eoque homuncionum mor-
 ti celerrime concedentium, qui ne seipsos probe norint, ne-
 dum iam olim defunctum quempiam, successionibus propagata.

11. Eis, quae dixi, monitis salutaribus istud vñum adie-
 ctum sit, vt definitio siue descriptio fiat semper rei illius, quae
 sub cogitationem cadit: quo ipsa per se nuda ex natura sui,
 eademque integra, per partes sui vniuersas, quale quid sit,
 distíncte possis diiudicare; vtque apud te perpendas, et quod-
 nam sit nomen eius, quaeque eorum, ex quibus constat, et in
 quae futurum est, vt resoluatur denuo, nomina. nihil enim
 perinde magnanimitatem ingenerat, atque expedite vereque
 discutere posse vñumquodque eorum, quae in vita contin-
 gunt; eademque sic intueri semper, vt mentem simul fubeat,
 quali mundo qualem vsus hoc praebear; quamquam vniuersi.

μὲν ἔχει ἀξίαν ὡς πρὸς τὸ ὅλον, τίνα δὲ ὡς πρὸς τὸν ἀνθρώπον, πόλιν ὄντα πόλεως τῆς ἀνωτάτης, ἧς αἱ λοιπαὶ πόλεις ὥσπερ οἰκίαι εἰσὶν· τί ἐστὶ, καὶ ἐκ τίνων συγκέκριται, καὶ πόσον χρόνον πέφυκε παραμένειν τῷτο, τὸ τὴν Φαντασίαν μοι νῦν ποιῶν· καὶ τίνος ἀρετῆς πρὸς αὐτὸ χρεία, οἷον ἡμερότητας, ἀνδρείας, ἀληθείας, πίστεως, ἀφελείας, αὐταρχείας, τῶν λοιπῶν. Διὸ δὲ ἑφ' ἑκάστῃ λέγειν, τῷτο μὲν παρὰ θεῶ ἦκει· τῷτο δὲ κατὰ τὴν σύλληξιν, καὶ τὴν συμμητρομένην σύγκλωσιν, καὶ τὴν τοιαύτην σύντευξίν τε καὶ τύχην· τῷτο δὲ παρὰ τῷ συμφύλῃ καὶ συγγενῇ καὶ κοινωνῷ, ἀγνοῶντος μέντοι, ὅτι τὴν αὐτῷ κατὰ φύσιν ἐστίν. ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἀγνοῶ. διὰ τῷτο χρεῶμαι αὐτῷ κατὰ τὸν τῆς κοινωνίας φυσικόν, εὐνοῶς, καὶ δικαίως· ἅμα μέντοι τῷ κατ' ἀξίαν ἐν τοῖς μέσοις συσχεάζομαι.

Β'. Ἐὰν τὸ παρὸν ἐνεργῆς, ἐπόμενος τῷ ὀρθῷ λόγῳ ἐσπιδασμένως, ἐρρωμένως, εὐμενῶς, καὶ μηδὲν παρεμπόρευμα, ἀλλὰ τὸν ἑαυτῷ δαίμονα καθαρόν ἐσῶ-

respectu dignitatem obtineat; quamnam, hominem quod attinget, qui ciuem agit ciuitatis supernae illius, cuius reliquae ciuitates istae quasi familiae existunt: quidnam sit, et ex quibusnam principiis consistat, et quamdiu durare natum sit, quod phantasiam mihi adficit impraesentiarum: quamnam item virtute aduersus rem eam sit usus; mansuetudine puta, fortitudine, veritate, fide, simplicitate, frugalitate, an alia aliqua. De singulis ergo rebus dicendum est; hoc divinitus venit; hoc a fati serie connexa contextaque, vel a concursu fortuito istiusmodi: hoc a contribuli, congenere, sodale: qui ipse quidem, quid naturae suae consentaneum sit, nescit. ceterum ego, quum norim, ideo aduersus illum beneuole iusteque megero, iuxta societatis legem a natura latam: interim tamen in mediis istis pro rei cuiusque aestimatione rationem eiusdem habeo.

12. Si rationi rectae obsecutus id, quidnam est, quod iam instat, sedulo, strenue, placide egeris, nec extra opus institutum accessorium aliquid *respexeris*; sed genium ruinarum integrumque seruaueris, ac si illum statim redditu-

τα τηρῆς, ὡς εἰ καὶ ἤδη ἀποδῆναι δεοί· εἰν τῷτο συν-
 άπτῆς, μηδὲν περιμένων, μηδὲ Φεύγων, ἀλλὰ τῇ πα-
 ρύσῃ κατὰ Φύσιν ενεργεία, καὶ τῇ, ὣν λέγεις καὶ Φθέγ-
 γῃ, η̄ρωϊκῇ ἀληθείᾳ ἀρκύμενος, εὐζωήσεις. ἔστι δὲ ἔδεις
 ὁ τῷτο καλῦσαι δυνάμενος.

γγ'. Ὡς περ οἱ ἱατροὶ αἰεὶ τὰ ὄργανα καὶ σιδήρια
 πρόχειρα ἔχουσι πρὸς τὰ αἰφνίδια τῶν θεραπευμάτων·
 ἔτω τὰ δόγματα σὺ ἔτοιμα ἔχει πρὸς τὸ τὰ θεῖα καὶ
 ἀνθρώπινα εἰδέναί, καὶ πᾶν καὶ τὸ μικρότατον ἔτω ποιεῖν,
 ὡς τῆς ἀμφοτέρων πρὸς ἄλληλα συνδέσεως μεμνημένον.
 ἔτε γὰρ ἀνθρώπινόν τι ἄνευ τῆς ἐπὶ τὰ θεῖα συνανα-
 φορᾶς εὐ πράξεις, ἔτε ἔμπαλιν.

ιδ'. Μηνέτι πλανῶ· ἔτε γὰρ τὰ ὑπομνημάτιά σε
 μέλλεις ἀναγινώσκειν, ἔτε τὰς τῶν ἀρχαίων Ῥωμαίων
 καὶ Ἑλλήνων πράξεις, καὶ τὰς ἐν τῶν συγγραμμάτων
 ἐκλογάς, ἃς εἰς τὸ γῆρας σαυτῷ ἀπετίθεο· σπεῦδε
 ἔν ἐς τέλος, καὶ τὰς κενὰς ἐλπίδας ἀφείς, σαυτῷ βοή-
 θει, εἰ τί σοι μέλει σεαυτῷ· ὡς ἔξῃ.

rus esses: huic, *inquam*, si adhaeferis, nihil vltius exspe-
 ctans, nihil fugitans: sed quod prae manibus est, iuxta natu-
 rae dictamen agere, et in diētis quibusque animo heroico ve-
 ritatem libere proloqui contentus, prospere plane victurus es.
 hoc autem quin facias, qui impediat, nullus est.

13. Quemadmodum chirurgi instrumenta et ferramenta
 sua ad curationes subitaneas semper habent ad manum: ita
 tu dogmata in promptu apud te habeas, quorum ope res, quum
 diuinas, tum et humanas dignoscas; et rem quamque, etiam
 leuissimam, ita peragas, vt qui memineris, duo ista esse inui-
 cem connexa. neque enim, homines quod spectat, quidquam
 recte egeris, sine habito ad res diuinas respectu; nec vice
 versa.

14. Ne diutius euageris: neque enim futurum est, vt
 commentarios tuos perlegas, aut Romanorum ac Graecorum
 priscorum res gestas, aut ex auctioribus *variis* excerpta, quae,
 quo in senectute vsui tibi essent, reposuisti: ad finem itaque
 festina, et spes vanas mittens, si rationem tui vllam habes,
 tibi consule; quod licet.

14. Οὐκ ἴσασι, πόσα σημαίνει τὸ κλέπτειν, τὸ σπείρειν, τὸ ὠνεῖσθαι, τὸ ἡσυχάζειν, τὸ ἐρεῖν τὰ πρακτέα, ὃ ἔκ ὀφθαλμοῖς γίνεται, ἀλλ' ἑτέρα τινὶ ὄψει.

15. Σῶμα, ψυχὴ, νῆς· σώματος αἰσθήσεις, ψυχῆς ὅρμαι, νῆ δόγματα. τὸ μὲν τυτῶσθαι φανταστικῶς, καὶ τῶν βροσκημάτων τὸ δὲ νευροσπασεῖσθαι ὀρμητικῶς, καὶ τῶν θηρίων καὶ τῶν ἀνδργύνων, καὶ Φαλαρίδος, καὶ Νέρωνος· τὸ (δὲ) τὸν νῆν ἡγεμόνα ἔχειν ἐπὶ τὰ φαινόμενα καθήκοντα, καὶ τῶν θεῶν μὴ νομιζόντων, καὶ τῶν τὴν πατρίδα ἐγκαταλείπόντων, καὶ τῶν ποιόντων, ἐπειδὴν κλείσωσι τὰς θύρας. εἰ ἔν τὰ λοιπὰ κοινὰ ἐστὶ πρὸς τὰ εἰρημένα, λοιπὸν τὸ ἰδίον ἐστὶ τῷ ἀγαθῷ, φιλεῖν μὲν καὶ ἀσπάζεσθαι τὰ συμβαίνοντα, καὶ συγκλωθόμενα αὐτῷ· τὸν δὲ ἔνδον ἐν τῷ στήθει ἰδρυμένον δαίμονα μὴ φύρειν, μηδὲ θορυβεῖν ὅχλων φαντασιῶν, ἀλλὰ ἱλίων διατηρεῖν, κοσμίως ἐπόμενον ὡς θεῷ, μήτε φθεγγόμενόν τι παρὰ τὰ ἀληθῆ, μήτε ενεργῶντα παρὰ τὰ δίκαια. εἰ δὲ ἀπιστῶσιν αὐτῷ πάντες ἄν-

15. Nesciunt, quam variae significationis sint vocabula ista, furari, serere, emere, quiescere, quid facto opus est videre, quod quidem non oculis corporeis, sed visu quodam aliusmodi efficitur.

16. Corpus, anima, mens: corporis sensus sunt, animae adfectus, mentis decreta. visorum imagines admittere, etiam pecudum commune est: adfectibus tamquam fidiculis agitari, atque abripi, feris quoque competir: et effeminatis, et Phalaridi, et Neroni, et deos negantibus, et patriam deserentibus, et, postquam fores sibi occluserint, quidlibet perpetrantibus. Si cetera ergo eorum, qui iam dicti sunt, communia fuerint, restat, ut viri boni hoc sit peculiare, in eis, quae officii sui esse videbuntur, mentis ductum sequi, et satis voluentibus casus vitae intextos lubenter amplexari; genium vero, intra se in pectore situm, nec polluere, nec visorum congerie perturbare, sed placidum servare; huic, tamquam deo, decenter obsequi, nihil a veritate alienum proloquendo, nihil a iustitiae ratione deuium exsequendo. Quod si nemo illi fidem habuerit, quod simpliciter, modeste, tran-

θρωποι, ὅτι ἀπλῶς καὶ αἰδημόνως καὶ εὐθύμως βιοῖ,
ἔτε χαλεπαίνει τινὶ τῶτων, ἔτε παρατρέπεται τῆς ὁδῷ
τῆς ἀγῶσης ἐπὶ τὸ τέλος τῆ βίης, ἐφ' ὃ δὲ εἰλθεῖν κα-
θαρόν, ἡσύχιον, εὐλυτον, ἀβιάσως τῇ ἑαυτῷ μοίρᾳ συν-
ηρμοσμένον.

quille degat, neque id a quoquam aegre ferre, aut a via ea,
quae ad vitae finem ducit, ideo diuertere: ad quem par est
accedere purum, pacatum, promptum, sponte sua fato suo sese
accommodantem.

ΒΙΒΛΟΣ Δ'.

Τὸ ἐνδον κυριεῦον, ὅταν κατὰ φύσιν ἔχη, ἔτως ἔστη-
κε πρὸς τὰ συμβαίνοντα, ὥς αἰ πρὸς τὸ δυνατόν καὶ
διδόμενον μετατιθεσθαι ραδίως. ὕλην γὰρ ἀποτεταγμέ-
νην ἐδεμίαν φιλεῖ· ἀλλὰ ὁρμᾷ μὲν πρὸς τὰ πηγόμενα
μεθ' ὑπεξαίρεσews· τὸ δὲ ἀντισταγόμενον ὕλην ἑαυτῷ
ποιεῖ· ὥσπερ τὸ πῦρ, ὅταν ἐπικρατῇ τῶν ἐμπικτόντων,
ὕφ' ὧν ἂν μικρὸς τις λύχνος ἐσβέσθῃ· τὸ δὲ λαμπρὸν
πῦρ τάχιστα ἐξωκείωσεν ἑαυτῷ τὰ ἐπιφορέμενα, καὶ
κατηνάλωσεν, καὶ ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἐπὶ μείζον ἤρθη.

LIBER IV.

QVAE intra nos pars principatum obtinet, vbi secundum
naturam habuerit se, aduersus ea, quae contingunt,
ita est comparata, vt ad id, quod potest et concessum est, fa-
cile se transferat, neque enim de materia certa vlla sollicita
est: sed ad ipsa etiam praeposita cum exceptione fertur: et
quidquid eorum loco aduersi se ingerit, id pro materia, in
qua exerceat se, habet: quemadmodum ignis validior, vbi
ea, vel obuia facta, vel iniecta, corripuerit, quae lucernam
exilem cito exstinxissent, accommodat sibi et absumit, et ex
eis ipsis incrementa capit.

β. Μηδὲν ἐνέργημα εἰκῇ, μηδὲ ἄλλως, ἢ κατὰ θεώρημα συμπληρωτικὸν τῆς τέχνης, ἐνεργείσθω.

γ. Ἀναχωρήσεις αὐτοῖς ζητῶσιν, ἀγροικίας καὶ αἰγιαλῶς, καὶ ὅρη· εἰώθας δὲ καὶ σὺ τὰ τοιαῦτα μά-
λιστα ποθεῖν. ὅλον δὲ τὸ τοῦτο ἰδιωτικώτατόν ἐστιν, ἐξὸν ἢς
ἂν ὥρας ἐθελήσης εἰς ἑαυτὸν ἀναχωρεῖν. ἔδαμῃ γὰρ
ἔτε ἡσυχιώτερον, ἔτε ἀπεραγμονέστερον, ἄνδραπος ἀνα-
χωρεῖ, ἢ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν· μάλιθ', ὅστις ἔχει ἐνδον
τοιαῦτα, εἰς ἃ ἐγκύψας, ἐν πάσῃ εὐμαρείᾳ εὐθύς γί-
νεται· τὴν δὲ εὐμαρείαν λέγω ἔδεν ἄλλο, ἢ εὐκοσμίαν.
συνεχῶς ἂν δίδῃ σεαυτῷ ταύτην τὴν ἀναχωρήσιν, καὶ
ἀνανέῃ σεαυτόν. βραχεία, δὲ ἔσω καὶ φοιχειώδη, ἃ εὐ-
θύς ἀπαντήσαντα ἀρκέσει εἰς τὸ πᾶσαν αὐτὴν ἀπο-
κλύσαι, καὶ ἀποπέμψαι σε, μὴ δυσχεραίνοντα ἐκείνοις,
ἐφ' ἃ ἐπανερχῇ. τίτι γὰρ δυσχεραίνεις τῇ τῶν ἀνθρώ-
πων κακίᾳ; ἀγαλογισάμενος τὸ κρῖμα, ὅτι τὰ λογικὰ
ζῶα ἀλλήλων ἐνεκὲν γέγονεν· καὶ ὅτι τὸ ἀνέχεσθαι, μέ-
ρος τῆς δικαιοσύνης· καὶ ὅτι ἄκοντες ἀμαρτάνουσι· καὶ

2. Nihil operis est frustra temereue exsequendum, ne-
que aliter, quam ut artis regulis quam exactissime respondeat.

3. Recessus sibi requirunt *multi multos*, villas agrestes,
litora, montes: istiusmodi loca et ipse plurimum soles appe-
tere. hoc autem vulgare cum primis est hominum, quum
liceat, quocumque ipse volueris tempore, in te ipsum sece-
dere. nusquam enim aut quietior, aut otii amplioris cuiquam
secessus datur, quam in suam ipsius animam: praecipue, si
quis ea intra se reposita habuerit, quorum contemplatione
summam ex templo tranquillitatem consequatur: tranquill-
tatem eam dico, quae in animi probe compositi statu confi-
sit. hoc itaque recessu iugiter vius, te renoua. habeas au-
tem penes te breuia quaedam et principalia documenta, quae
statim, vbi succurterint, omnem animi molestiam eluere tibi
possint, remittantque te nihil aegre ferentem eorum, ad quae
reuerteris. ecquid est enim, quod aegre ferre debeas? num-
quid hominum improbitatem? perpendens tecum dogma il-
lud, homines, alterum alterius causa, natos esse: tum aequa-
nimitatem esse iustitiae portionem; porro inuitos delinquere;

πόσοι ἤδη διεχθρεύσαντες, ὑποπτεύσαντες, μισήσαντες, διαδοξατιοθέντες ἐκτέανται, τετέφρωνται· παύματα, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκ τῶν ὅλων ἀπονεμομένοις δυσχεραίνεις· ἀνανεωσάμενος τὸ διεζευγμένον, ἥτοι πρόνοιας, ἢ ἀτομοί, ἢ ἐξ ὅσων ἀπεδείχθη, ὅτι ὁ κόσμος ὡσανεὶ πόλις. ἀλλὰ τὰ σωματικά σε ἄψστα· ἐτι ἐννοήσας, ἅτι ἐκ ἐπιμίγνυται λεῖως, ἢ τραχέως, κινεμένα πνεύματα ἢ διάνοια, ἐπειδὴν ἅπαξ ἑαυτὴν ἀπολάβῃ, καὶ γνωρίσῃ τὴν ἰδίαν ἐξουσίαν, καὶ λοιπὸν ὅσα περὶ πόνου καὶ ἡδονῆς ἀκήκοας, καὶ συγκατέθῃ. ἀλλὰ τὸ δοξάζειόν σε περισπᾷ. ἀπιδὼν εἰς τὸ τάχος τῆς πάντων λήθης, καὶ τὸ χάρις τῷ ἐφ' ἑκάτερα ἀπείρου αἰῶνος, καὶ τὸ κενὸν τῆς ἀπηχήσεως, καὶ τὸ εὐμετάβολον, καὶ ἀκριτον τῶν ἐφ' ἡμῖν δοκούντων, καὶ τὸ φερόν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ περγεράφεται. ὅλη τε γὰρ ἡ γῆ συμμῆ, καὶ ταύτης πόσον γωνίδιον ἢ κατοίκησις αὕτη; καὶ ἐνταῦθα πόσοι, καὶ οἳοί τινες οἱ ἐπαινεσόμενοι; λοιπὸν ἐν μέμνη-

denique quam multi, vbi inimicitiiis exercendis, suspitionibus fouendis, odiis, litigiis, vitam exegissent, tandem defuncti et in cineres redacti sint, desine tandem *tibi molestiam facessere*. At vniuersi ipsius administratio, et inde obuenientia, aegre tibi faciunt. reduc tibi in memoriam disiunctiuum illud, aut numinis prouidentia, aut atomorum concursu *constant vniuersa*: vel *ea* etiam *argumenta*, quibus liquido demonstratur, mundum istum ciuitatis instar obtinere. Verum tangunt anguntque tē ea, quae corpus attingunt: at tū considera mentem tuam, vbi semel agnita vi propria subduxerit sese, spiritui siue leniter, siue aspere, moto neutiquam immisceri. quibus adicias licet, et quae de dolore ac voluptate audieris aliquando, et ad sensu tuo comprobaueris. Sed gloriolae cupido forsante torquet. cogita, quam cito obliuione sepeliantur omnia, quamque vastum chaos infiniti aevi vtriusque consistat: tum quam inanes plane applausus isti: quam mutabile et iudicii expers fauentium vulgus; quam angusto denique spatio laus ista terminetur. siquidem et terra tota puncti instar habet; huiusque ipsius angulus quam exiguis incolitur? istic autem *agentium* quora pars, et hi quales sunt,

σο τῆς ὑποχωρήσεως τῆς ἐς τῆτο τὸ ἀρεθίδιον ἐαυτῶ· καὶ πρὸ παντός μὴ σπῶ, μηδὲ κατεντείνῃς, ἀλλὰ ἐλευθερος ἔσο, καὶ ὅρα τὰ πράγματα, ὡς ἀνὴρ, ὡς ἀνδραππος, ὡς πολίτης, ὡς θνητὸν ζῶν. Ἐν δὲ τοῖς προχειροτάτοις, εἰς ἃ ἐγκύψεις, ταῦτα ἔσῃ τὰ δύο. ἐν μὲν, ὅτι τὰ πράγματα ἔχ' ἅπτεται τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἐξῶ ἔστηκεν ἀτρεμῆντα· αἱ δὲ ὀχλήσεις ἐκ μόνῃς τῆς ἔνδον ὑπολήψεως. ἕτερον δὲ, ὅτι πάντα ταῦτα, ὅσα ὁρᾷς, ὅσον ἑδέπω μεταβάλλει, καὶ ἐκ ἑτι ἔσται· καὶ ὅσων ἤδη μεταβολαῖς αὐτὸς παρατετύχηκας, συνεχῶς διανοῶ. ὁ κόσμος, ἀλλοιώσις ὁ βίος, ὑπόληψις.

δ'. Εἰ τὸ νέερον ἡμῖν κοινόν, καὶ ὁ λόγος, καὶ ὁ λογικὸς ἔσμεν, κοινός· εἰ τῆτο, καὶ ὁ προσακτικὸς τῶν ποιητέων, ἢ μὴ, λόγος κοινός· εἰ τῆτο, καὶ ὁ νόμος κοινός· εἰ τῆτο, πολιταὶ ἐσμέν· εἰ τῆτο, πολιτεύματος τινος μετέχομεν· εἰ τῆτο, ὁ κόσμος ὡτάνει πόλις ἐστὶ. τίς γὰρ ἄλλῃ φήσει τις τὸ τῶν ἀνθρώπων πᾶν γένος κοινῇ πολιτεύματος μετέχειν; ἐκεῖθεν δὲ ἐκ τῆς κοινῆς

qui te celebraturi sint? proinde memento tandem in particulam istam secedere: et cum primis caue distraharis, caue obnitaris, liber esto potius, resque ipsas intuere, ut vir, ut homo, ut ciuis, ut animal mortale. Ista autem duo prae reliquis ad manum tibi sint maxime, ad quae ingiter intendas. alterum, quod res ipsae animam non attingunt, sed extrinsecus immotae manent: molestiae autem ab opinione sola proueniunt. alterum vero, quod vniuersa, quae hic vides, mox sunt mutatura, nec futura amplius. sed et perpende tecum, quam multarum rerum mutationibus interfueris ipse. alteratione mundus constat, opinione vita.

4. Si intellectus nobis communis est, etiam ratio, quae rationales dicimur, communis est. si ratio, etiam ea, quae, quid agendum, quid omittendum, praescribit, ratio communis est, si haec, lex quoque communis est. hoc si conceditur, ciues sumus: et hoc dato, politicae alicuius principes: et ex consequenti, ciuitatis instar mundus est. ecquam enim aliam excogitauerit quisquam politiam, cuius vniuersum genus humanum sit particeps? unde ergo nobis intellectu, ratione,

ταύτης πόλεως, καὶ αὐτὸ τὸ νοερὸν καὶ λογικὸν καὶ νομικὸν ἡμῖν, ἢ πόθεν; ὥσπερ γὰρ τὸ γεῶδες μοι ἀπ' αἰνός τινος γῆς ἀπομεινέριται, καὶ τὸ ὑγρὸν ἀφ' ἐτέρου σοῦ χειρός, καὶ τὸ πνευματικὸν ἀπὸ πηγῆς τινος, καὶ τὸ θερμὸν καὶ πυρῶδες ἐκ τινος ἰδίας πηγῆς, (ἐδὲν γὰρ ἐκ τῆ μηδενὸς ἔρχεται, ὥσπερ μὴδ' εἰς τὸ ἐκ οὐ ἀπέρχεται) ἔτω δ' ἡ καὶ τὸ νοερὸν ἢκει πόθεν.

ε'. Ὁ θάνατος τοῦτος, οἷον γενέσις, φύσεως μυστήριον. σύγκρισις ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων εἰς ταυτά. ὅλως δὲ ἐκ ἐφ' ὧν ἂν τις αἰσχυνθείη. εἰ γὰρ παρὰ τὸ ἐξῆς τῷ νοερῷ ζῶω, ἐδὲ παρὰ τὸν λόγον τῆς παρασκευῆς.

ς'. Ταῦτα ἔτις ὑπὸ τῶν τοιούτων πέφυκε γίνεσθαι ἐξ ἀνάγκης. ὁ δὲ τῶτο μὴ θέλων, θέλει τὴν συκὴν ὁπὸν μὴ ἔχειν. ὅλως δ' ἐκείνο μέμνησο, ὅτι ἐντὸς ὀλιγίστης χρόνου καὶ σὺ καὶ ἕτος τεθνήξεωδε· μετὰ βραχὺ δὲ ἐδὲ ὄνομα ὑμῶν ὑπολειφθήσεται.

ζ'. Ἄρουν τὴν ὑπόληψιν, ἦρται τὸ, βέβλαμμαι. ἄρουν τὸ βέβλαμμαι, ἦρται ἡ βλάβη.

atque adeo lege agere posse, nisi inde, e communi illa ciuitate? sicut enim, quidquid in me terreum existit, a terra aliqua mihi pro parte mea obtinet; quidquid humidum, ab elemento diuerso; quidquid aereum, a fonte suo aliquo; quidquid calidum et igneum, item a fonte aliquo peculiari: (nisi enim aut ex nihilo prouenit, aut ad nihilum redit) sic et intellectus alicunde manat.

5. Tale quiddam mors est, quale natiuitas; naturae *utrumque* mysterium est. ex iisdem elementis concretio illic, in qua est ista resolutio, nihil omnino, cuius quemquam pudeat. quum nil subsit, quod animali intellectu praedito non congruat, vel constitutionis eiusdem rationi repugnet.

6. Ab eiusmodi hominibus fieri istiusmodi necesse est. si quis aliter vult esse, idem sicut succo carere velit. illud interim omnino memineris, breui futurum, ut vestrum uterque defungatur: tum paullo post ne nomina quidem utriusque superfutura.

7. Opinionem tolle, tollitur simul et *querimonia* illa, laesus sum. hoc sublato, tollitur damnum *omne*.

ή. "Ο χεῖρῳ αὐτὸν ἑαυτῷ ἄνθρωπον ἔποιεῖ, τὴτο
ἔδὲ τὸν βίον αὐτῷ χεῖρῳ ποιεῖ, ἔδὲ βλάπτει, ἔτε ἔξω-
θεν, ἔτε ἐνδοθεν.

θ. Ἡνάγκασαι ἡ τῷ συμφέροντος φύσις τοῦτο
ποιεῖν.

ι. Ὅτι πᾶν τὸ συμβαῖνον, δικαίως συμβαίνει
ὁ εἰν ἀκριβῶς παραφυλάσσης, εὐρήσεις· ἔ λέγω μόνον
κατὰ τὸ ἐξῆς, ἀλλ' ὅτι κατὰ τὸ δίκαιον, καὶ ὡς ἂν
ὑπό τινος ἀπονέμεντος τὸ κατ' ἀξίαν. παραφύλασσε
ἂν, ὡς ἥρξω· καὶ, ὅτι ἂν ποιῆς, σὺν τέτῳ ποίει, σὺν
τῷ ἀγαθὸς εἶναι, καθ' ὃ νενόηται ἰδίως ὁ ἀγαθός. τῷ-
το ἐπὶ πάσης ἐνεργείας σῶζε.

ια. Μὴ τοιαῦτα ὑπολαμβάνετε, οἷα ὁ ὑβρίζων κρί-
νει, ἢ οἷά σε κρίνειν βέλεται· ἀλλ' ἴδε αἰτὰ, ὅποια
κατ' ἀλήθειάν ἐστι.

ιβ. Δύο ταύτας ἐτοιμότητας ἔχειν αἰεὶ δεῖ· τὴν
μὲν, πρὸς τὸ πρᾶξαι μόνον, ὅπερ ἂν ὁ τῆς βασιλικῆς
καὶ νομοθετικῆς λόγος ὑποβάλλῃ, ἐπ' ὠφελείᾳ ἀνθρώ-
πων. τὴν δὲ, πρὸς τὸ μεταθεῖσθαι, εἰάν ἄρα τις παρῇ

8. Quod hominem ipsum se deteriorem non facit, nec
illius vitam fecerit deteriorem: sed nec damno, aut interiore,
aut exteriore, adfecerit.

9. Commodi sui causa natura facere haec cogitur.

10. *Cogita*, etiam iuste contingere, quidquid contingit:
id quod si sedulo obseruaueris, facile deprehendes: non ex
connexione duntaxat necessaria, sed ex ratione iusta *consequi*
uniuersa, et tamquam ab eo, qui pro dignitate cuique suam
tribuit, prouenire. hoc itaque, prout coepisti, obseruare per-
gas: et quidquid feceris, bonum te praestes, quomodo bonus
quis proprie dicitur, in omni actione tua serues istud.

11. Tu ne ea opineris, quae is autumat, qui contumelia
te adficit; vel etiam quae ille autumare te vult: verum res
ipsas, quomodo vere se habeant, cogites.

12. Duo ista in promptu tibi semper sunt habenda: al-
terum, nihil ut facias, nisi quod partis regere legemque dare
natae ratio suggesserit, *idque* ad generis humani utilitatem.
alterum, ut in partem diuersam transeas, si quis adfuerit,

διορθῶν καὶ μετάγων ἀπὸ τινος οἰήσεως. τὴν μέντοι μεταγωγὴν αἰεὶ ἀπὸ τινος πιθανότητος, ὡς δικαίη, ἢ κοιναφελὴς γίνεσθαι, καὶ τὰ παραπλήσια τοιαῦτα μόνον εἶναι δεῖ, ἔχ' ὅτι ἡδύ, ἢ ἔνδοξον ἐφάνη.

γγ'. Λόγον ἔχεις; ἔχω· τί ἔν' εἰ χρεῖ; τάτ' γὰρ τὸ ἑαυτῷ ποιῶντος, τί ἄλλο θέλεις;

ιδ'. Ἐνυπέστης, ὡς μέρος. ἐναφανισθήσῃ τῷ γεννήσαντι· μᾶλλον δὲ ἀναληφθήσῃ εἰς τὸν λόγον αὐτῷ τὸν σπερματικὸν κατὰ μεταβολήν.

ιε'. Πολλὰ λιθωντῷ βολάξια ἐπὶ τῷ αὐτῷ βωμῷ, τὸ μὲν προκατέπεσεν, τὸ δὲ ὕστερον. διαφέρει δ' ἑδέν.

ισ'. Ἐντὸς δέκα ἡμερῶν θεὸς αὐτοῖς δόξεις, οἷς νῦν θηρίον καὶ πίθηκος, εἰάν ἀποκάμψῃς ἐπὶ τὰ δόγματα, καὶ τὸν σεβασμὸν τῷ λόγῳ.

ιζ'. Μὴ ὡς μύρια μέλλων ἔτη ζῇν. τὸ χρεῶν ἐπήρηται· ἕως ζῆς, ἕως ἔξῃςιν, ἀγαθὸς γένεαι.

qui te corrigit, et sententiam tibi mutet. verumtamen *sententiae* mutatio ista niti semper debet probabilitate aliqua, vel iustum esse, vel in publicum utile, vel aliud huiusmodi, id ad quod transitur, non autem quod iucundum, aut gloriosum existat.

13. Ratione praeditus es? Sum. cur ergo ea non vteris? haec enim si, quod suum est, fecerit, ecquid est amplius, quod requiras?

14. Tamquam pars *universi huius* exististi. in id, quod produxit te, evanesces: vel potius mutatione quadam interveniente in rationem feminalem recipieris.

15. Multae turis glebulae in ara eadem; alia citius, alia *serius* decedit: *citius autem, an serius*, nihil interest.

16. Intra decimum diem deus illis ipsis videberis, quibus nunc pro bellua et simia haberis, si ad decreta rationisque cultum te retuleris.

17. Tu ne, tamquam annorum millia aliquot adhuc victurus, *rem geras*. instat fatum: dum vita suppetit, dum datur, bonus esto.

ιη'. Ὅσην ἀχολίαν κερδαίνει, ὁ μὴ βλέπων, τί ὁ πλησίον εἶπεν, ἢ ἐπραξεν, ἢ διανοήθη· ἀλλὰ μόνον τί αὐτὸς ποιεῖ, ἵνα αὐτὸ τῷτο δίκαιον ᾖ, καὶ ὅσιον, ἢ κατὰ τὸν ἀγαθὸν μὴ μέλαν ἦθος περιβλέπεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τῆς γραμμῆς τρέχειν ὀρθόν, μὴ διερριμμένον.

ιβ'. Ὁ περὶ τὴν ὑπεροφημίαν ἐπτοημένος, ὃ φαντάζεται, ὅτι ἕκαστος τῶν μεμνημένων αὐτῷ τάχις καὶ αὐτὸς ἀποθανέται. εἶτα πάλιν καὶ αὐτὸς ὁ ἐκείνων διαδεξάμενος, μέχρι καὶ πᾶσα ἡ μνήμη ἀποσβῇ διὰ ἐπτοημένων καὶ σβεννυμένων προῖσθα. ὑπόθῃ δ', ὅτι καὶ ἀθάνατοι μὲν οἱ μεμνησόμενοι, ἀθάνατος δ' ἡ μνήμη· τί ἂν τῷτο πρὸς σέ; καὶ ἂδὲν λέγω, ὅτι πρὸς τὸν τεθνηκότα; ἀλλὰ πρὸς τὸν ζῶντα, τί ὁ ἔπαινος, πλὴν ἄρα δι' οἰκονομίαν τινά; πάρες γὰρ νῦν ἀκαίρως τὴν Φυσικὴν δέσιν, ἄλλα τινὸς ἐχέμενον λόγῳ λοιπόν.

κ'. Πᾶν τὸ καὶ ὅπως ἂν καλόν, ἐξ ἑαυτῷ καλὸν ἐστὶ, καὶ ἐφ' ἑαυτῷ καταλήγει, ἢκ' ἔχον μέρος ἑαυτῷ

18. Quantum is otii lucratur sibi, qui non animaduertit, quid proximus quis dixerit, egerit, cogitauerit: sed quid ipse tantum agat, quo id iustum sit piunque; nec, ut Agatho loquitur, mores nigros quod resipiat. non est itaque circumspiciendum, sed lineae infistendum, per quam citra euagationem omnem recta curras.

19. Qui de fama postuma anxie sollicitus est, non cogitat, fore, ut unusquisque eorum, qui ipsius meminerint, mox fato sit concessurus: et qui huic successerit, ipse pariter; donec tandem memoria omnis per stupentes eosdemque mox extinctos propagata, et ipsa prorsus exstinguatur. finge verò et immortales, qui tui meminerint, memoriamque tui et ipsam immortalem fore, quid hoc ad te tamen? nec ad mortuum iam dico, sed ad superstitem ipsum laus quid facit? nisi forsan ratione dispensationis cuiusdam? omittis enim in tempestiue id, quod in te natura posuit, dum ab aliorum interim sermonibus pendes.

20. Bonum etiam qualecumque ex se bonum existit; et in se terminatur, nec partem sui ullam laudem habet. ita:

τὸν ἐπαινῶν· ἔτε γὰρ χεῖρον, ἢ κρεῖττον γίνεται τὸ ἐπαινέμενον. τὸτό Φημι καὶ ἐπὶ τῶν κοινότερον καλῶν λογομένων· οἷον ἐπὶ τῶν ὑλικῶν, καὶ ἐπὶ τῶν τεχνικῶν κατασκευασμάτων. τὸ δὲ δὴ ὄντως καλόν· τινος χρεῖαν ἔχει, ἢ μᾶλλον, ἢ νόμος, ἢ μᾶλλον, ἢ ἀλήθεια· ἢ μᾶλλον, ἢ εὐνοια, ἢ αἰδώς. τί τῶν δια τὸ ἐπαινέσθαι καλόν ἐστιν, ἢ ψεγόμενον φθείρεται; σμαράγδιον γὰρ αὐτῷ χεῖρον γίνεται, εἰ μὴ ἐπαινῆται; τί δὲ χρυσός, ἐλέφας, πορφύρα, μαχαίριον, ἀνθύλλιον, δενδρύφιον;

καί. Εἰ διαμένουσιν αἱ ψυχαί, πῶς αὐτάς ἐξ αἰδίας χωρεῖ ὁ αἶρ; πῶς δὲ ἡ γῆ χωρεῖ τὰ τῶν ἐκ τοσούτου αἰῶνος θαπτόμενα σώματα; ὥσπερ γὰρ ἐνθάδε ἡ τῶν πρὸς ἥντινα ἐπιδιαμονὴν μεταβολὴ καὶ διάλυσις χώραν ἄλλαις νεκροῖς ποιεῖ· ἔτι αἱ εἰς ἄερα μεθιστάμεναι ψυχαί, ἐπὶ ποσὸν συμμεινάσαι, μεταβάλλει καὶ χέρονται καὶ ἐξάπτονται, εἰς τὸν τῶν ὅλων σπερματικὸν λόγον ἀναλαμβάνόμεναι, καὶ τῶτον τὸν τρίτον χώραν ταῖς προσυνοικιζομέναις παρέχουσι. τὸτο δ' ἂν τις ἀποκρίναιτο ἐφ' ὑποθέσει τῇ τὰς ψυχῶν διαμένειν.

que laudando nec melius, nec deterius efficitur. atque hoc de eis quoque dico, quae vulgari sermone bona dicuntur: puta, de rebus corporeis artiumque operibus. quod est igitur vere bonum, id nihilo ulterius indigebit, non magis, quam lex, quam veritas, quam benevolentia, quam modestia. ecquid enim horum vel laude sit bonum, vel corrumpitur vituperio? smaragdus num deterior sit, nisi laudatur? quid aurum, ebur, purpura, pugio, flosculus, arbuscula?

21. Animae si perennant, quomodo eas ab aeterno ceperit aer? quomodo vero, quae ab aeterno tam immenso in ea condita sunt, corpora terra capit? sicut enim hic corpora, ubi ad spatium aliquod temporis in terra permanserint, mutata et dissipata, cadaveribus aliis locum concedunt: ita et animae, in aerem translatae, ubi aliquamdiu ibi perstiterint, mutantur, funduntur, succenduntur, in seminalem uniuersum rationem receptae: locumque hoc pacto faciunt aliis intra sedes easdem insuper recipiendis. hoc respondere licebit, si pro concessio sumatur, animas corporibus esse superstites.

χρὴ δὲ μὴ μόνον ἐνθυμεῖσθαι τὸ πλῆθος τῶν θάπτο-
μένων ἄνωσι σώματων, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν ἐκάστης ἡμέ-
ρας ἐθιομένων ζώων, ὑφ' ἡμῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ζώων.
ὅσος γὰρ ἀριθμὸς καταναλίσκεται, καὶ ἄνωσί πως θά-
πτεται ἐν τοῖς τῶν τρεφομένων σώμασι, καὶ ὁμοῦ δέ-
χεται ἡ χώρα αὕτη, διὰ τὰς ἐξαιματώσεις, διὰ τὰς
εἰς τὸ ἀερώδες ἢ πυρῶδες ἀλλοιώσεις. τίς ἐπὶ τέττις ἡ
ἱστορία τῆς ἀληθείας; διαίρεσις εἰς τὸ ὑλικόν, καὶ εἰς
τὸ αἰτιῶδες.

κβ'. Μὴ ἀπορρέμβεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ πάσης ὁρμῆς τὸ
δίκαιον ἀποδιδόναι· καὶ ἐπὶ πάσης φαντασίας σώζειν
τὸ καταληπτικόν.

κγ'. Πᾶν μοι συναρμόζει, ὃ σοι εὐάρεστόν ἐστι, ὃ
κόσμος. ἔδέν μοι πρόωρον, ἔδὲ ὄψιμον, τὸ σοι εὐκαιρον.
πᾶν μοι καρπὸς, ὃ φέρουσιν αἱ σαί ὥραι, ὃ φύσις· ἐκ
σὲ πάντα, ἐν σοὶ πάντα, εἰς σὲ πάντα. Ἐκεῖνος μὲν
Φησι· πόλι Φίλη Κέκροπος· σὺ δὲ ἐκ ἐρεῖς· ὃ πόλι
Φίλη Διός;

quin et reputanda est non sepulorum tantum hoc modo cor-
porum multitudo, sed et animalium, quae quotidie tum a
nobis, tum a bestiis, comeduntur. quam ingens enim horum
turba absumitur, et in viscerum visceribus hac ratione qua-
si sepelitur? et tamen capit haec omnia locus iste, dum par-
tim in sanguinem, partim in aëriam, igneamque naturam
transmutantur. quanam est istic veritatis notitia? elicitur
ea per distributionem rei in materiam et formam.

22. Noli diuagari, sed in omni conatu tuo iustitiae ra-
tio habeatur: in omni viso intellectus integer seruetur.

23. Quidquid tibi conuenit, o munde, conuenit et mi-
hi. nihil mihi immaturum, vel serum est, quod est tibi tem-
pestiuum. fructus instar, id est, omne mihi, quod tempesta-
tes tuae, o natura, ferunt a te omnia sunt, in te consistunt,
ad te redeunt. O urbs amica Cecropis, inquit ille: tu vero non
dicturus es: O urbs amica Iouis?

κδ'. Ὀλίγα πρῆσσε, Φησὶν, εἰ μέλλεις εὐθυμή-
σειν· μή ποτε ἀμεινόν τ' ἀναγκαῖα πράσσειν, καὶ ὅσα
ὁ τῷ Φύσει πολιτικῷ ζῶσι λόγος αἰρεῖ, καὶ ὡς αἰρεῖ.
τῷτο γὰρ ἔ μόνον τὴν ἀπὸ τῷ καλῶς πράσσειν εὐθυ-
μίαν φέρει, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπὸ τῷ ὀλίγα πράσσειν.
τὰ πλείστα γὰρ, ὧν λέγομεν καὶ πράσσομεν, ἐκ ἀναγ-
καῖα ὄντα, εἴαν τις περιέλῃ, εὐχολώτερος καὶ ἀταρακτό-
τερος ἔσται. ὅθεν δὲ καὶ παρ' ἑκάστου ἑαυτὸν ὑπομιμή-
σκειν, μή τι τῷτο ἔ τῶν ἀναγκαίων; Δεῖ δὲ μὴ μόνον
πράξεις τὰς μὴ ἀναγκαίας περιαιρεῖν, ἀλλὰ καὶ Φαντα-
σίας· ἕτως γὰρ ἔδὲ πράξεις παρέλκυσαι ἐπακολουθή-
σασσι.

κε'. Πείρασον, πῶς σοι χωρεῖ καὶ ὁ τῷ ἀγαθῷ
ἀνθρώπῳ βίος, τῷ ἀρεσκομένῳ μὲν τοῖς ἐκ τῶν ὅλων
ἀπονεμομένοις, ἀρχαμένῳ δὲ τῇ ἰδίᾳ πράξει δικαίᾳ καὶ
διαθέσει εὐμενεί.

κς'. Ἐώρακας ἐκεῖνα; ἴδε καὶ ταῦτα. σεαυτὸν μὴ
τάρασσε. ἄπλωσον σεαυτόν. ἀμαρτάνει τις; ἑαυτῷ

24. *Pauca agas, inquit, si tranquillus esse cupis. an non praestiterat dixisse, quae necessaria sunt agas, quaeque animantis civilis ratio dicat, et quo modo dicat? istud enim non eam duntaxat, quae bona agendo, sed et eam, quae pauca agendo comparatur, tranquillitatem producit. pleraque enim eorum, quae dicere et facere consuevimus, quum necessaria non sint, si amputauerimus, a negotiis multo vacabit magis, minusque perturbata futura est nobis vita nostra; oportet itaque ad singula sibi suggerere, an non istud ex eorum numero est, quae non sunt necessaria? nec actiones tantum, sed cogitationes etiam minus necessariae sunt recidendae. siquidem id agendo fiet, ut nec actiones consequantur supernuacaneae.*

25. Periculum facito, quomodo procedat tibi vita viri boni: *cum dico*, qui rebus ab vniuerso sibi assignatis adquire scit, et propria actione. quae iusta, adfectione, quae beneuola sit, contentus agit.

26. Illa vidisti? et ista vide. ne te conturbes. *simpli- sem te praestes. peccat aliquis? sibi peccat. boni aliquid tibi*

ἀμαρτάνει. συμβέβηκε σοί τι καλῶς; ἐκ τῶν ὅλων ἀπ' ἀρχῆς σοι συγκαθίστατο, καὶ συνεκλώθητο πᾶν τὸ συμβαῖνον· τὸ δ' ὅλον, βραχὺς ὁ βίος. κερδαντέον τὸ παρὸν σὺν εὐλογισίᾳ καὶ δίκῃ. νῆφε ἀνειμένος.

κζ'. Ἦτοι κόσμος διατεταγμένος, ἢ κυκεῶν, συμπεφορημένος μὲν, ἀλλὰ κόσμος. ἢ ἐν σοὶ μὲν τις κόσμος ὑφίστασθαι δύναται, ἐν δὲ τῷ παντὶ ἀκοσμία; καὶ ταῦτα ἔτως πάντων διακεκριμένων καὶ διακεχυμένων καὶ συμπαθῶν.

κη'. Μέλαν ἦθος, θῆλυ ἦθος, περισκελές, ἦθος, θρηϊῶδες, βοσκηματιῶδες, παιδαριῶδες, βλακικόν, κίβδηλον, βωμολόχον, καπηλικόν, τυραννικόν.

κδ'. Εἰ ξένος κόσμος, ὁ μὴ γνωρίζων τὰ ἐν αὐτῷ ὄντα, ἔχῃ ἥττον ξένος, καὶ ὁ μὴ γνωρίζων τὰ γιγνόμενα. Φυγὰς, ὁ Φεύγων τὸν πολιτικὸν λόγον· τυφλός, ὁ καταμύων τῷ νοεῶν ὀμματι· πτωχός, ὁ ἐνδεὴς ἐτέρας, καὶ μὴ πάντα ἔχων παρ' ἑαυτῷ τὰ εἰς τὸν βίον χρήσιμα. ἀπόστημα κόσμος, ὁ ἀφιστάμενος καὶ χωρίζων

obuenit? ab initio tibi, quidquid contingit, ab vniuerso destinatum et fato certo adsignatum est huc summa redit; brevis est vita: quod instat tempus, lucrandum est, considerate iusteque agendo. in animo remittendo sobrie te geras.

27. Mundus vel est ordine iusto dispositus, vel miscela temeraria, congesta quidem ea, sed, ut mundus sit tamen, quid enim? fieri potest, ut in te mundus quidam sit *et dispositio concinna*, in vniuerso vero inconcinnitas mera? idque rebus omnibus ita, *quatenus* discretis ac diffusis, conspirantibus *tamen*.

28. Mores nigri, effoeminati, praefraci, belluini, pecuini, pueriles, stolidi, subdoli, scurriles, perfidi, tyrannici.

29. Si peregrinus in mundo est, qui ignarus est eorum, quae in mundo existunt: perinde certe in mundo peregrinus est, qui ignarus est rerum, quae in eodem geruntur. profugus, qui rationem civilem fugit: coecus, qui mentis oculos clausos habet: mendicus, qui salterius cuiusquam indiget, neque apud se habet, quidquid ad vitam conducatur. abscessus mundi, qui abscedit, seque a naturae communis

ἑαυτὸν τῷ τῆς κοινῆς φύσεως λόγῳ, διὰ τῷ δυσαρρεσείν τοῖς συμβαίνουσιν. ἐκεῖνη γὰρ φέρει τὸτο, ἢ καὶ σὲ ἤνεγκεν· ἀπόχισμα πόλεως, ὃ τὴν ἰδίαν ψυχὴν τῆς τῶν λογικῶν ἀποχίζων, μιᾶς ἔσσης.

λ'. Ὁ μὲν χωρὶς χιτῶνος Φιλοσοφεῖ, ὃ δὲ χωρὶς βιβλίου· ἄλλος ἔτις ἡμίγυμνος. ἄρτις ἐκ ἔχω, Φησὶ, καὶ ἐμμένω τῷ λόγῳ· ἐγὼ δὲ τροφὰς τὰς ἐκ μαθημάτων ἐκ ἔχω, καὶ ἐμμένω.

λα'. Τὸ τεχνίον, ὃ ἔμαδες, φίλοι, τέτῳ προσαναπαύς. τὸ δὲ ὑπόλοιπον τῷ βίῃ διέξελθε, ὡς θεοῖς μὲν ἐπιτετροφῶς τὰ σεαυτῷ πάντα ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, ἀνθρώπων δὲ μηδενὸς μήτε τύραννον, μήτε δῆλον ἑαυτὸν καθιστᾷς.

λβ'. Ἐπινόησον λόγῳ χάριν τὰς ἐπὶ Οὐεσπασιανῇ καιρῆς, ὅψι ταῦτα πάντα· γαμῆντας, παιδιοτροφῆντας, νοσῆντας, ἀποθνήσκοντας, πολεμῆντας, ἐορτάζοντας, ἐμπορευομένους, γεωργῆντας, κολακεύοντας, αὐδαδίζομένους, ὑποπτεύοντας, ἐπιβλεπόντας, ἀποθανεῖν

ratione seiungit, dum eis, quae contingunt, offenditur. hoc enim *quidquid est*, profert eadem, quae et te protulit. abscessus ciuitatis, qui animam propriam a rationalium reliquorum *anima*, quae vna omnium est communis, abscindit.

30. Ille sine tunica philosophatur; ille sine libro: alius quispiam seminudus. paues, inquit, quum desint, rationi tamen infisto: mihi vero, inquit alter, quum nec ex disciplinae exercitio, qui praebere solet, commeatus suppetat, perfisto tamen.

31. Quam didicisti artem, eam diligit, eidemque adquiescit. quod autem vitae reliquum est, *ipse* exigit, ut qui diis tua omnia ex toto animo commiseris; nullique homini vel seruum, vel tyrannum, te exhibeas.

32. Cogita, verbi gratia, tempora sub Vespasiano *acta*, eadem prorsus omnia, quae nunc sunt, deprehendes: nuptias contrahentes, liberos tollentes, aegrotantes, mortem obeuntes, militantes, ferias agentes, mercaturam exercentes, agros colentes, adulationi deditos, arroganter peruicaces, suspicionibus indulgentes, infidias struentes, mortem aliquorum ex-

τινας εὐχομένους, γογγύζοντας ἐπὶ τοῖς παρῶσιν, ἐρῶν-
τας, θησαυρίζοντας, ὑπατείας, βασιλείας ἐπιθυμῶν-
τας. ἔπην ἐκείνος μὲν ὁ τέτων βίος ἐκ ἔτι ὕδαμῦ. Πά-
λιν ἐπὶ τῆς καιρῆς τῇ Τραιανῷ μετάβηθι· πάλιν τὰ
αὐτὰ πάντα. τέθνηκε κακῆϊνος ὁ βίος. ὁμοίως καὶ τὰς
ἄλλας ἐπιγραφὰς χρόνων καὶ ὅλων ἐθνῶν ἐπιθεώρει,
καὶ βλέπε, πόσοι κατενταθέντες μετὰ μικρὸν ἔπεισον,
καὶ ἀνελύθησαν εἰς τὰ σοιχεῖα, καὶ μάλιστα δὲ ἀναπο-
λητέον ἐκείνης, ἧς αὐτὸς ἔγνωσ κενὰ σπώμενης. ἀφέντας
ποιεῖν τὸ κατὰ τὴν ἰδίαν κατασκευὴν, καὶ τὴν ἀπρὶξ
ἔχουσαι, καὶ τὴν ἀρκεῖσαι. ἀναγκαῖον δὲ ὥδε τὸ με-
μνηθῆναι, ὅτι καὶ ἡ ἐπιστροφὴ κατ' ἐκάστην περὶ ἰδίαν
ἀξίαν ἔχει καὶ συμμετρίαν. ὥτως γὰρ ἐκ ἀποδυσπε-
τήσεις, εἰ μὴ ἐπὶ πλεον, ἢ προσῆκε, περὶ τὰ ἐλάσσων
καταγίνη.

λογ. Αἱ πάλας συνήθεις λέξεις, γλωσσήματα νῦν.
ὥτως ἔν καὶ τὰ ὀνόματα τῶν πάλας πολυῶν νῦν

petentes, de rerum statu praesente quiritanter, amantes, opes
congerentes, consulatus, regnūque appetentes. ita transiit, nec
iam vsquam est illorum vita. Rursus ad Traiani tempora te
transferas: eadem denuo cuncta comperies. istorum quoque
vita morte iam commutata est. pari modo tempora alia nota
peculiari aliqua designata, vel etiam gentes totas contem-
plare; simulque confidera, quam multi, quum in rebus istius-
modi enixe se contendissent, paullo post occiderint, et in ele-
menta sua resoluti sint: illi vero cum primis sunt memoria
recolendi, quos ipse noris aliquando se rebus inanibus disti-
nxisse, quum id interim facere, quod conditioni propriae con-
sentaneum erat, huic firmiter inhaerere, eodemque conten-
tum esse, neglexerint. illud etiam istis meminisse oportet, in
actione vnaquaque eam, quae adhibetur, curam, pro rei di-
gnitate ac congruentia esse attemperandam. ita fiet, ne quan-
do fastidio corripiaris, si in rebus minoris aestimationis non
diutius, quam par est, fueris occupatus.

33. Quae fuerunt vsitata quondam vocabula, glossema-
tum loco nunc *habentur*. pari modo et eorum, qui quondam
celeberrimi fuerunt, nomina, quasi glossemata quaedam nunc

τρόπον τινὰ γλωσσήματά ἐστι, Κάμилλος, Καίσιων, Οὐό-
 λεσος, Λεοννάτος, κατ' ὀλίγον δὲ Σκιπίων, καὶ Κάτων,
 εἴτα καὶ Αὐγῆστος, εἴτα καὶ Ἀδριανὸς, καὶ Ἀντωνίνος.
 ἐξίτηλα γὰρ πάντα καὶ μυθώδη ταχὺ γίνεταί· ταχὺ
 δὲ καὶ πάντελὲς λήθῃ κατέχουσιν. καὶ ταῦτα λέγω
 ἐπὶ τῶν θαυμαστῶς πῶς λαμβάντων. οἱ γὰρ λοιποὶ
 ἅμα τῷ ἐκπνεῦσαι, αἴσιοι, ἄπυστοι. τί δὲ καὶ ἐσιν ὅλας
 αἰμίμησον; ὅλον κενόν. τί ἔν ἐστι, περὶ ὃ δεῖ σπεῖσθαι εἰς-
 Φέρεσθαι; ἐν τῷτο, διάνοια δικαία, καὶ πράξεις κοινωνι-
 καί, καὶ λόγος, οἷος μήποτε διαφεύσασθαι, καὶ διάθε-
 σις ἀσπαζομένη πᾶν τὸ συμβαῖνον, ὡς ἀναγκαῖον, ὡς
 γνώριμον, ὡς ἀπ' ἀρχῆς τοιαύτης καὶ πηγῆς ῥέον.

λδ'. Ἐκὼν σεαυτὸν τῇ κλωθῇ συνεπιδίδε, παρέ-
 χων συνῆσαι, οἷς τισί ποτε πράγμασι βέλεται.

λε'. Πᾶν ἐφ' ἡμέρον, καὶ τὰ μνημονεύον, καὶ τὸ μνη-
 μενευόμενον.

λς'. Θεῶρει διηνεχῶς, πάντα κατὰ μεταβολὴν
 γινόμενα γίνεταί· καὶ ἐθίξε ἐννοεῖν, ὅτι ἔδεν ἔτως Φιλῆ

facta sunt: Camillus, Caeso, Volesus, Leonnatus: paullo post
 Scipio et Cato: tum Augustus etiam: dein Hadrianus, et
 Antoninus. euanida enim sunt omnia, citoque fabularum in-
 star obtinent: mox et obliuione prorsus obruuntur. atque
 haec de eis dico, qui cum admiratione hominum aliquando
 claruerunt. caeteri enim statim, atque exspirauerint, ignoti ac
 ne fando quidem auditi fiunt. porro, quidnam est hoc ipsum
 memoriam aeternam consequi? mera vanitas. ecquid est igi-
 tur, in quod studium conferre par sit? vnum hoc, vt mens
 sit iusta, actio socialis, sermo mendacii expers, adfectio prom-
 ta ad amplectendum, quidquid contigerit, vt necessarium, vt
 familiare, vt principio fonteque istiusmodi profluens.

34. Fato sponte tua te dedas; ei permittens, quibus-
 cumque libuerit rebus te destinet.

35. Dieculae fere vnus sunt, et quod commemorat, et
 quod commemoratur.

36. Hoc iugiter considera, omnia ista, quae sunt, mu-
 tatione fieri: et adsuesce te cogitationi isti, nihil aequae di-

ἢ τῶν ὅλων φύσις, ὡς τὸ τὰ ὄντα μεταβάλλειν, καὶ ποιεῖν νέα ὅμοια. σπέρμα γὰρ τρόπον τινὰ πᾶν τὸ ὄν τῷ ἐξ αὐτῷ ἐσομένῃ. σὺ δὲ μόνα σπέρματα φαντάζεαι, τὰ εἰς γῆν ἢ μήτραν καταβαλλόμενα· τῷ δὲ λίαν ἰδιωτικόν.

λζ'. Ἦδη τεθνήξῃ, καὶ οὐπω οὔτε ἀπλῆς, οὔτε αἰτάραχος, οὔτε ἀνύποπτος τῷ βλαβῆναι ἂν ἐξῶθεν, ἕτε ἰλεως πρὸς πάντας, ἕτε τὸ φρονεῖν ἐν μόνῳ τῷ δικαιοπραγεῖν τιθέμενος.

λη'. Τὰ ἡγεμονικὰ αὐτῶν διάβλεπε, καὶ τῆς φρονίμης, οἷα μὲν φεύγῃσιν, οἷα δὲ διώκῃσιν.

λθ'. Ἐν ἀλλοτρίῳ ἡγεμονικῷ κακὸν σὸν ἔχ' ὑφίσταται· ἐδὲ μὲν ἐν τινὶ τροπῇ καὶ ἐτερώσει τῷ περιέχοντος. πᾶ ἔν; ὅπῃ τὸ περὶ κακῶν ὑπολαμβάνον σοὶ ἐστὶ· τῷτο ἔν μὴ ὑπολαμβάνέτω, καὶ πάντα εὖ ἔχει. καὶ τὸ ἐγγυτάτῳ αὐτῷ τὸ σωματίον τέμνηται, καίηται, διαπύσκηται, σήπηται, ὅμως τὸ ὑπολαμβάνον περὶ τέτων μόριον ἡσυχάζετω· τοιῷτόν ἐστι, κρινέτω, μήτε κακὸν τι εἶναι, μήτε ἀγαθόν, ὃ ἐπίσης δύναται κακῷ ἀν-

figere vniuersi naturam, ac ea, quae iam existunt, mutare, et ex eis sic mutatis noua prioribus similia refingere. seminis enim rationem habet quamdam, quidquid est, ad id, quod ex eodem futurum est. etenim semina ea sola opinari, quae in terram vterumque deiiciuntur, plebeium est nimis.

37. Iamiam moriturus es: necdum simplex es, imperturbatus, nihil suspicans, extrinsecus tibi posse damni adferri, cunctis propitius, iuste agere vnicam prudentiam ratus.

38. Mentis illorum intueri, et studia etiam, qualia fugiant, qualia prosequantur.

39. In alterius mente malum tuum non est situm: sed nec in mutatione et alteratione corporis animam ambientis. ubi ergo? in ea nimirum parte tui, quae de malis opinatur. ista malum nihil opinetur, et bene se habitura sunt omnia. etiam si, quod huic proximum est, corpusculum fecetur, vratur, suppuretur, putrescat; quiescat tamen pars ea; quae de istis opinatur. h. e. ne censeat, aut malum, aut bonum esse,

δεῖ καὶ ἀγαθῶ συμβαίνειν. ὃ γὰρ καὶ τῷ κατὰ φύ-
σιν βίοντι ἐπίσης συμβαίνει, ὅτε τὸ κατὰ φύσιν
ἐστίν, ὅτε παρὰ φύσιν.

μ'. Ὡς ἐν ζῶον τὸν κόσμον, μίαν ἔσταν καὶ ψυ-
χὴν μίαν ἐπέχον, συνεχῶς ἐπινοεῖν καὶ πῶς εἰς αἰδή-
σιν μίαν τὴν τέττα πάντα ἀναδίδοται καὶ πῶς ὁρμῇ
μιά πάντα πράσσει καὶ πῶς πάντα πάντων τῶν γνο-
μένων συναίτια καὶ οἶά τις ἡ σύνησις καὶ συμμήρεσις.

μα'. Ψυχάριον εἶ, βατάζον νεκρὸν, ὡς Ἐπίκτητος
ἔλεγεν.

μβ'. Οὐδέν ἐστι κακὸν, τοῖς ἐν μεταβολῇ γινομέ-
νοις ὡς ἡδὲ ἀγαθὸν ἐκ μεταβολῆς ὑφισταμένοις.

μγ'. Ποταμός τις ἐκ τῶν γινομένων καὶ ῥεῦμα
βίαιον, ὁ αἰὼν. ἅμα τε γὰρ ὥφθη ἕκαστον, καὶ παρεν-
ήνεκται, καὶ ἄλλο παραφέρεται, τὸ δὲ ἐνεχθήσεται.

μδ'. Πᾶν τὸ συμβαῖνον ὅτως σύνηδες καὶ γνώρι-
μον, ὡς τὸ ῥόδον ἐν τῷ ἔαρι, καὶ ὁπώρα ἐν τῷ θέρει.

quod viro malo bonoque pariter potest obuenire. quidquid
enim et secundum naturam, et praeter eandem, viuenti ex
aequo contingit, id ipsum neque secundum, neque praeter
naturam est.

40. Cogita iugiter, mundum esse animalis vnus instar,
quod materiam vnā, animamque vnā obtineat: item quo-
modo ad sensum huiusce, vnum et illum, omnia referantur:
ynoque quasi impetu feiuntur vniuersa, et ad omnia produ-
cenda concurrant: quis denique rerum connexus et con-
textus sit.

41. *Animula es cadauer gestans*, aiebat Epictetus.

42. Nihil mali est rebus mutationem subeuntibus: sicut
nec boni eis, quae mutatione interueniente consistunt.

43. Flumen quoddam et torrens rapidus est aeuum, ex
eis, quae hic fiunt, *consistens*. simul enim atque comparuerit
quidquam, abripitur; et aliud quidem abripitur, illud vero
denuo inferetur.

44. Quodcumque contingit, tam consuetum, tamque
notum est, quam aut rosa vere, aut aestate fructus, tale quid-

τοιῷτον γὰρ καὶ νόσος, καὶ θάνατος, καὶ βλασφημία, καὶ ἐπιβλή, καὶ ὅσα τὰς μωρὰς εὐφραίνει, ἢ λυπεῖ.

μέ'. Τὰ ἐξῆς αἰ τοῖς προσηγησάμενοις οἰκείως ἐπὶ γίνεται· ἔ γὰρ οἷον καταρίθμησίς τις ἐστὶν ἀπηρητημένως, καὶ μόνον τὸ κατηναγκασμένον ἔχουσα, ἀλλὰ συνάφεια εὐλογος· καὶ ὥσπερ συντέτακται συνηρμοσμένως τὰ ὄντα, ἕτως τὰ γινόμενα ἐ διαδοχὴν ψιλῇ, ἀλλὰ θαυμαστὴν τινα οἰκειότητα ἐμφαίνει.

μς'. Ἀεὶ τῷ Ἡρακλετεῖ μνησθῆναι· ὅτι γῆς θάνατος, ὕδαρ γενέσθαι, καὶ ὕδατος θάνατος, ἀέρα γενέσθαι, καὶ ἀέρος πῦρ, καὶ ἔμπαλιν. μνησθῆναι δὲ καὶ τῷ ἐπιλανθανομένῳ, ἢ ἡ ὁδὸς ἀγεῖ· καὶ ὅτι, ὃ μάλιστα διηνεκῶς ὀμιλᾷσι λόγῳ, τῷ τὰ ὅλα διοικῶντι, τέτῳ διαφέρονται· καὶ οἷς καθ' ἡμέραν ἐγκυρῶσι, ταῦτα αὐτοῖς ξένα φαίνεται· καὶ, ὅτι ἐ δὲ ὥσπερ καθεύδοντας ποιεῖν, καὶ λέγειν· καὶ γὰρ τότε δοκῶμεν ποιεῖν καὶ λέγειν·

dam et morbus, et mors, et calumnia, et insidiae, et quidquid fatuos homines vel exhilarat, vel contristat.

45. Subsequentia antecedentibus semper apte adnecuntur. neque enim est quasi enumeratio *simplex* rerum a se invicem discretarum, quae necessitate tamen quadam contineantur; sed rationi consentanea connexio; et quemadmodum ea, quae in mundo existunt, concinne admodum certo inter se ordine componuntur: ita et quae fiunt, non successionem nudam, sed admirabilem quamdam concinnitatem prae se ferunt.

46. Dictum illud Heracliti in memoria semper habeatur: *terrae mors est, aquam fieri; aquae mors est, aerem fieri; aeris vero, ignem fieri*: et e conuerso. illius quoque meminisse *profuerit*, qui, quo via duceret, oblitus est. quodque plerique a ratione illa dissentiunt, quacum vel maxime conuersantur iugiter, quaque vniuersa administrantur, et peregrina eis videntur, quibus quotidie occurrunt: item nihil tamquam per somnum agendum, dicendumue, siquidem dormientes quoque multa agere et dicere videmur: sed nec

καὶ ὅτι ἔδ' ἡ παῖδας τοκέων, ὧν τῶτ' ἔστι, κατὰ ψιλόν, καθότι παρειλήφαμεν.

μζ'. Ὡςπερ εἴ τις σοὶ θεῶν εἶπεν, ὅτι αὔριον τεθνήξῃ, ἢ πάντως εἰς τρίτην, οὐκ ἔτ' ἂν παρὰ μέγα ἐποίῃ, τὸ εἰς τρίτην μᾶλλον, ἢ αὔριον, εἴ γε μὴ ἐχάτως ἀγεννῆς εἴ. πόσον γάρ ἐστι τὸ μεταξύ; ἔτως καὶ τὸ εἰς πολλοσὸν ἔτος μᾶλλον, ἢ αὔριον, μηδὲν μέγα εἶναι νόμιζε.

μη'. Ἐννοεῖν συνεχῶς πόσοι μὲν ἰατροὶ ἀποτεθνήκασιν, πολλάκις τὰς ὀφρεὺς ὑπὲρ τῶν ἀρρώστων συσπάσαντες· πόσοι δὲ μαθηματικοί, ἄλλων θανάτους, ὥς τι μέγα, προσιπόντες· πόσοι δὲ φιλόσοφοι, περὶ θανάτου, ἢ ἀθανασίας, μυρία διατεινόμενοι· πόσοι δὲ ἀριστοί, πολλὰς ἀποκτείναντες· πόσοι δὲ τύραννοι, ἐξ ἑσθίας ψυχῶν μετὰ δεινῆ φευάγματος ὥς ἀθάνατοι κεχημένοι· πόσαι δὲ πόλεις ὅλαι, ἵν' ἔτως εἶπω, τεθνήκασιν, Ἑλέκη, καὶ Πομπηίοι, καὶ Ἡράκλειον, καὶ ἄλλαι ἀναρίθμητοι. ἐπιθεὶ δὲ καὶ, ὅσους οἶδας, ἄλλον ἐπ' ἄλλω,

puerorum instar *quidquam agendum*, b. e. ex mera traditionis ratione, quia a parentibus sic accepimus.

47. Quemadmodum si deorum quis praediceret tibi, aut cras, aut summum perendie, moriturum te, haud in magno poneres, nisi animi esses abiectissimi, perendie potius, quam crastino, mori. quantulum enim infereffet? pari modo nec magni, quidquam existimes, ad millesimum annum potius, quam ad crastinum diem.

48. Crebro apud te reputa, quot medici sint mortui, qui super decumbentes, *tamquam conclamatos iam*, supercilia contraxerint: quot mathematici, qui aliorum fata, quasi magnum quid *esset, id posse*, praedixerint: quot philosophi, postquam de morte et immortalitate tam multa differuissent: quot strenui bellatores, quum multos trucidassent: quot tyranni, postquam vitae necisque potestatem, tamquam extra mortis aleam positi, diro cum fastu exercuerant: quot etiam vrbes, ut sic dicam, intermortuae sint: Helice, Pompeii. Herculanum, aliaeque innumerabiles. Percurre itidem, quoscumque noueris ipse, qui vice frequenti, alii alios ubi sepelierant, et

ὁ μὲν τῷτον κηδεύσας, εἴτα ἐξετάθη, ὁ δὲ ἐκείνον· πάν-
τα δὲ ἐν βραχεῖ. τὸ γὰρ ὅλα κατιδεῖν αἰεὶ τὰ ἀνθρώ-
πινα ὡς ἐφήμερα καὶ εὐτελῆ· καὶ ἐχθρὸς μὲν μυζάριον,
αὔριον δὲ τάριχος, ἢ τέφρα. τὸ ἀκαριαῖον ὅν τῷτο τῷ
χρόνῳ κατὰ φύσιν διελθεῖν, καὶ ἱλεων καταλύσαι· ὥσαν-
εὶ ἐλαία πέπειρος γενομένη ἐπίπτεν, εὐφημῶσα τὴν
ἐνεγκῶσαν, καὶ χάριν εἰδυῖα τῷ φύσαντι δένδρῳ.

μδ'. Ὅμοιον εἶναι τῇ ἀκρᾷ, ἣ διηνεκῶς τὰ κύμα-
τα προσήσσεταί· ἡ δὲ ἔθηκε, καὶ περὶ αὐτὴν κοιμίζε-
ται τὰ φλεγμῆναιτα τῷ ὕδατος. Ἀτυχὴς ἐγὼ, ὅτι
τῷτό μοι συνέβη. ἔμενῃν· ἀλλ' εὐτυχὴς ἐγὼ, ὅτι, τέττε
μοι συμβεβηκότος, ἄλυπος διατελῶ, ἔτε ὑπὸ παρόντος
θραυόμενος, ἔτε ἐπὶὸν φοβέμενος. συμβῆναι μὲν γὰρ
τὸ τοῖτο παντὶ ἐδύνατο· ἄλυπος δὲ ἔ πας ἐπὶ τέττω
ἂν διετέλεσεν· διὰ τί ὅν ἐκείνο μᾶλλον ἀτύχημα, ἢ
τῷτο εὐτύχημα; λέγεις δὲ ὅλως ἀτύχημα ἀνθρώπων, ὃ
οὐκ ἔστιν ἀπότευγμα τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου; ἀπό-
τευγμα δὲ τῆς φύσεως τῷ ἀνθρώπῳ εἶναι σοὶ δοκεῖ, ὃ

ipſi tandem elati ſunt: quamque exiguo haec omnia tempo-
re contigerint. horum ſumma huc redit, vt humana omnia
ſemper ſic adſpicias, tamquam quae diurna et vilia ſint: quod
enim heri mucus fuerat, cras ſalfura fit, aut fauilla. vtque tem-
poris ideo punctum hoc inſecabile naturae conuenienter
transigas, ac propitius decedas: perinde ac oliua maturita-
tem adepta ceciderit, *naturam*, quae protulit, collaudans, ar-
borique, e qua prodiit, gratias agens.

49. Promontorii par eſto, cui fluctus iugiter quum adli-
dantur, ipſum tamen conſiſtit, vndarumque circumfuſum ſibi
aeſtum compeſcit. Infelicem me, *inquit ille*, quod mihi iſtud
contigerit. immo, felicem me, quod, etiamſi contigerit, nil
doleam tamen, nec aut praefentibus frangar, aut futura re-
formidem. accidere enim eiſmodi quid cuius poterat: at
non quiuſ citra animi aegritudinem *caſum* eiſmodi tuliffet.
quamobrem ergo illud infelicitatis potius, quam felicitatis,
iſtud *loco habetur*? num illud hominis infortunium dicis,
quod naturam humanam ſine ſuo excidere non efficit? an
id autem, vt tibi videtur, naturam humanam ſine ſuo exci-

μὴ παρὰ τὸ βέλημα τῆς Φύσεως αὐτῷ ἐστὶ; τί ἔν τὸ βέ-
λημα, μεμάθηκας; μὴ τι ἔν τὸ συμβεβηκὸς τῷ κωλύ-
σει, δίκαιον εἶναι; μεγαλόψυχον; σάφρονα; ἔμφρονα;
ἀπρόπτωτον; ἀδιάψευστον; αἰδήμονα; ἐλευθερον; τάλ-
λα, ἃ συμπαρόντων ἡ Φύσις ἡ τῷ ἀνθρώπῳ ἀπέχει τὰ
ἴδια; μέμνησο λοιπὸν ἐπὶ παντὸς τῷ εἰς λύπην σε προα-
γομένῃ, τῷ τῷ χεῖναι τῷ δόγματι· ἔχ ὅτι τῷ αὐτῷ αὐτύχη-
μα, ἀλλὰ τὸ φέρειν αὐτὸ γενναίως, εὐτύχημα.

ν'. Ἰδιωτικὸν μὲν, ὅμως δὲ ἀνυτικὸν βοήθημα πρὸς
θανάτου καταφρόνησιν, ἡ ἀναπόλησις τῶν γλίχρων ἐν-
διατριφάντων τῷ ζῆν. τί ἔν αὐτοῖς πλεόν, ἢ τοῖς αἰ-
ροῖς; πάντως πᾶ ποτε κείνται, Καδικιανὸς Φάβιος, Ἰου-
λιανὸς, Λέπιδος, ἡ εἰ τις τοιοῦτος, οἱ πολλὰς ἐξήνεγκαν,
εἰτα ἐξηνέχθησαν ὅλον μικρόν ἐστι τὸ διάστημα, καὶ τῷ
το δι' ὅσων, καὶ μεθ' οἷον ἐξαντλέμενον, καὶ ἐν οἷῳ
σωματίῳ; μὴ ἔν ὡς πρᾶγμα. βλέπε γὰρ ὀπίσω τὸ

dere efficit, quod non fit praeter eiusdem voluntatem; quid
autem ea velit, non est, ut nunc discas. numquid casus ullus
prohibeat te, iustum esse, magnanimum, temperantem, pru-
dentem, assentiendi temeritate, errore immunem, modestum,
liberum, aut aliud quid eorum, quae, ubi adfuerint, natura
humana sua obtinet uniuersa? memineris deinceps, quoties
inciderit quidquam, quod ad tristitiam impellat te, decreto
hoc vii: Non est infelix casus iste; sed fortiter ferre, hoc
felicitatis est.

50. Vulgare quidem hoc est, efficax tamen ad mortem
contemnendam adminiculum, si eos recolas, qui vitae auidi
eidem fuerint diu immorati. quid enim amplius illis, quam
immature defunctis, *contigit*? Omnino iacent alicubi *defuncti*
et illi, Cadicianus, Fabius, Iulianus, Lepidus, aut si quis alius
huiusmodi, qui, postquam multos extulerant, efferebantur et
ipsi. exiguum enim omnino intercedit spatium; idque per
quot *molestias*, cum quibus *hominibus*, in quali corpufculo ex-
antlatum? ne ergo pro re momenti alicuius *habeto*. si enim
aevi praeteriti immensitatem aduerteris, et futuri itidem in-

ἀχανές τῷ αἰῶνος, καὶ τὸ πρόσω ἄλλο ἄπειρον. ἐν δὲ τῷ τῷ, τί διαφέρει ὁ τριήμερος τῷ τριγερηνίῳ;

να'. Ἐπὶ τὴν σύντομον αἰὲς τρέχει. σύντομος δὲ ἡ κατὰ φύσιν ὥς κατὰ τὸ ὑγιέστατον, πᾶν λέγειν καὶ πράσσειν. ἀπαλλάσσει γὰρ ἡ τοιαύτη πρόθεσις κόπων, στρατείας, καὶ πάσης οἰκονομίας, καὶ κομψείας.

finitatem, quid tandem distabit triduanus, qui fuerit, ab eo, qui saecula tria transegerit?

51. Via compendiarie semper incedas. compendiarie est ea, quae secundum naturam est, in omni nimirum cum dictione, tum actione, veri rectique curam habere. etenim propositum istiusmodi molestiis militiaeque, sed et dissimulatione omni atque ostentatione immunem praestabit.

ΒΙΒΛΟΣ ε΄.

ΟΡΘΕΣ, ὅταν δυσόκνως ἐξεγείρῃ, πρόχειρον ἔσω, ὅτι ἐπὶ ἀνθρώπων ἔργον ἐγείρομαι· ἔτι ἂν δυσκολαίνω, εἰ πορεύομαι ἐπὶ τὸ ποιεῖν, ὧν ἕνεκεν γέγονα, καὶ ὧν χάριν προῆγμα εἰς τὸν κόσμον; ἢ ἐπὶ τῷ κατασκευάσματι, ἵνα κατακείμενος τοῖς σωματίοις ἑαυτὸν θάλλω; ἀλλὰ τῷ ἡδίον. πρὸς τὸ ἡδεσθαι ἂν γέγονας; ὅλως δὲ ἢ πρὸς ἐνέργειαν; ἢ βλέπεις τὰ φυτάρια, τὰ σαρδάρια, τὰς μύρμηκας, τὰς ἀράχνας, τὰς μελίσσας,

LIBER V.

MAne, quum grauatim exsurgis, in promptu sit tecum hoc modo differere: ad opus humanum iam expergiscor: num vero aegre feram, si ad ea agenda proficiscor, quorum gratia natus et in mundum productus sum? aut numquid ad hoc conditus sum, ut stragulis inuolutum decumbens me foveam? At hoc, *inquais*, oblectat magis. Numquid ergo ad oblectandum te natus es? non autem ad faciendum, aut agendum aliquid? an non arbusculas, auculas, formicas, araneas,

τὴν καθ' αὐτὰς συγκοσμήσας κόσμον; σὺ ἔθελεις τὰ ἀνθρωπικὰ ποιεῖν; ἔτρεχεις ἐπὶ τὸ κατὰ τὴν φύσιν; ἀλλὰ δεῖ καὶ ἀναπαύεσθαι· δεῖ. ἔδωκε καὶ τέττα μέτρα ἡ φύσις. ἔδωκε μέντοι καὶ τῷ ἐοδῆναι, καὶ πίνειν· καὶ ὅμως σὺ, ὑπὲρ τὰ μέτρα, ὑπὲρ τὰ ἀρκῶντα προχωρεῖς. ἐν ταῖς πράξεσι δὲ ἔκ ἐτι, ἀλλ' ἐντὸς τῷ δυνατῷ. οὐ γὰρ φιλεῖς σεαυτὸν. ἐπεὶ τοι καὶ τὴν φύσιν ἂν σε, καὶ τὸ βέημα ταύτης ἐφίλεις· ἄλλοι τε τὰς τέχνας ἐαυτῶν φιλῶντες, συγκατατήκονται τοῖς κατ' αὐτὰς ἔργοις; ἄλαιοι καὶ ἄσιτοι. σὺ τὴν φύσιν τὴν σεαυτῷ ἔλασσον τιμᾶς, ἢ ὁ τορνευτής τὴν τορνευτικὴν, ἢ ὁ ὀρχηστὴς τὴν ὀρχηστικὴν, ἢ ὁ φιλάργυρος τὸ ἀργύριον, ἢ ὁ κενόδοξος τὸ δοξάριον. καὶ ἔτοι, ὅταν προσπαθῶσιν, ἔτε φαγεῖν, ἔτε κοιμηθῆναι θέλῃσι μᾶλλον, ἢ ταῦτα συναύξῃν, πρὸς τὸ φέρονται· σοὶ δὲ αἱ κοινωνικαὶ πράξεις τελέεσθαι φαίνονται, καὶ ἡσσονος σπαδῆς ἄξια;

β'. Ὡς εὐκολον, ἀπώσασθαι καὶ ἀπαλεῖψαι πᾶσαν

apiculas vides, eam, quam in mundo stationem obtinent, excolere satagentes? Tu autem, quae hominis sunt, facere recusas? et non properas potius ad id, quod naturae tuae conuenit? At quiete quoque opus est, inquis. Est, fateor; sed quiescendi modum etiam natura praescripsit. praescripsit et edendi atque bibendi: tu vero ultra modum, ultra id, quod sufficit, in istis procedis. caeterum in agendo secus te geris, et intra id, quod poteras, contines te. etenim vere temet non diligis. alioqui naturam tuam, quaeque illa vult, diligeres: siquidem artes suas, qui diligunt, artifices, earumdem operibus etiam intabescunt, illuvie inediaque adfecti. tu vero naturam tuam minoris aestimas, quam tornator tornaturam, aut histriioniam, aut aurum argentum, aut ambitiosus gloriolam. et isti enim, ubi rebus hisce additi fuerint, nec cibum, nec somnum capere magis experunt, quam ista, ad quae tam enixe feruntur, promouere: num autem tibi actiones societatem humanam spectantes fordeant magis, quam ut pari industria dignae censeantur?

2. Quam facile est, imaginationem omnem, vel turbu-

Φαντασίαν τὴν ὀχληράν, ἢ ἀνοίκειον, καὶ εὐθὺς ἐν πάσῃ γαλήνῃ εἶναι.

γ'. Ἄξιον ἑαυτὸν κρῖνε παντὸς λόγου καὶ ἔργου τῶ κατὰ φύσιν· καὶ μὴ σε παρεπιπάτω ἢ ἐπακολυθῶσά τινων μέμψις, ἢ λόγος, ἀλλὰ ἐκαλὸν πεπεῖραχθαι, ἢ εἰρηθῆναι, μὴ σεαυτὸν ἀπαξίς. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἰδίον ἡγεμονικὸν ἔχουσι, καὶ ἰδίᾳ ὁρμῇ χρωῶνται· ἀ σὺ μὴ περιβλέπῃς, ἀλλ' εὐθεΐαν πέραναι, ἀκολυθῶν τῇ φύσει τῇ ἰδίᾳ καὶ τῇ κοινῇ· μία δὲ ἀμφοτέρων τῶν ἡ οἰός.

δ'. Πορεύομαι διὰ τὴν κατὰ φύσιν, μέχρι πεσῶν ἀναπαύσομαι, ἐναποπνεύσας μὲν τῶ, ἐξ ἧ κατ' ἡμέραν ἀναπνέω, πεσῶν δὲ ἐπὶ τῶ, ἐξ ἧ καὶ τὸ σπερμάτιον ὁ πατήρ μου συνέλεξε, καὶ τὸ γαλάκτιον ἡ τροφός· ἐξ ἧ κατ' ἡμέραν τοσάτοις ἔτεσι βόσκομαι, καὶ ἀρδύομαι, ὃ φέρει με πατῆντα, καὶ εἰς τοσαῦτα ἀποχρώμενον ἑαυτῶ.

ε'. Δριμύτητά σε ἔκ ἔχουσι θαυμάσαι. ἔσω· ἀλλὰ ἔτερα πολλὰ, ἐφ' ὧν ἔκ ἔχεις εἰπεῖν· εἰ γὰρ πέ-

lentam, vel inconuenientem, ita amoliri et abstergere, vt in summa statim tranquillitate consistas?

3. Nullum aut sermonem, aut adionem, indignum te, censeas, qui naturae fuerit consentaneus: neque auertat ab eo te, quae sequi possit, quorumlibet hominum reprehensio, aut vituperatio. sed si dictu factuue honestum fuerit, indignum te ne existimes. habent enim illi mentem propriam, proprioque ducuntur impulsu: quae tu noli attendere, sed, resta perge, naturae tum propriae, tum et communi obsecutus. eadem enim est harum vtriusque via.

4. Per ea, quae naturae sunt consentanea, incedo, donec occumbens tandem conquiescam, eo exspirando, vnde spiritum quotidie haurio, eoque recidendo, vnde et seminum mei perier, et sanguinem mater, et lac nutrix collegit; vnde quotidianum per tot annos cibum potumque accepi, quod calcantem, et ad tam varios usus eo abutentem me sustinuit.

5. Acumen tibi non est, quod sit admirationi cuiquam, multa tamen sunt alia, de quibus dicere nequeas, non esse

Φυκα. ἐκεῖνα ἔν παρέχῃ, ἅπερ ὅλα ἐστὶ ἐν σοι, τὸ ἀκί-
βδηλον, τὸ σεμνόν, τὸ Φερέπονον, τὸ ἀΦιλήδονον, τὸ
ἀμεμφίμοιρον, τὸ ὀλγοδέες, τὸ εὐμενές, τὸ ἐλεύθερον,
τὸ ἀπέρσσον, τὸ ἀφλύαρον, τὸ μεγαλείον. ἐκ αἰδά-
νῃ, πόσα ἤδη παρέχεσθαι δυνάμενος, ἐφ' ὧν ἐδεμία-
σας καὶ ἀνεπιτηδεϊότητος πρόφασις, ὅμως ἔτι κάτω
μένεις ἐκῶν; ἢ καὶ γογγύζειν, καὶ γλιγχεύεσθαι, καὶ
κολακεύειν, καὶ τὸ σωματίον κατατιᾶσθαι, καὶ ἀρεσκευ-
εσθαι, καὶ περπερεύεσθαι, καὶ τοσαῦτα ῥιπτάζεσθαι τῇ
ψυχῇ, διὰ τὸ ἀφυῶς κατεσκευάσθαι, ἀναγκάζῃ; οὐ,
μὰ τοὺς θεοὺς· ἀλλὰ τούτων μὲν πάλας ἀπηλλάχθαι
ἐδύνασο. μόνον δὲ, εἰ ἄρα ὡς βραδύτερος, καὶ δυσπα-
ρακληθτότερος καταγινώσκεσθαι, καὶ τῆτο δὲ ἀσκη-
τόν, μὴ παρενδυμαμένῳ, μηδὲ ἐμφιληδονῶντι τῇ νοθείᾳ.
5. Ὁ μὲν τις ἐστίν, ὅταν τι δεξιὸν περὶ τινα πρά-
ξῃ, πρέχειρος καὶ λογίσασθαι αὐτῷ τὴν χάριν. ὁ δὲ
πρὸς τῆτο μὲν οὐ πρέχειρος, ἄλλως μέντοι παρ' ἑαυ-
τῷ, ὡς περὶ χρεώσῃ διανοεῖται, καὶ οἶδεν, ὃ πεποίηκεν.

te ad ea aptum natum. haec itaque praesta, quae in te omni-
no sunt sita, animum sincerum, grauem, laborum toleran-
tem, voluptatum abstinentem, forte contentum, paucorum
indigum, mitem, liberum, luxu alienum, serium, sublimem.
an non intelligis, quam multa praestare iam possis, ad quae
quin habilis sis et aptus, nihil est, quod cauere, infra haec
tamen sponte persistis? num et per conditionis naturalis
defectum aliquem obmurmurare, restrictum esse, adulari,
corpusculum tuum incusare, adsentari, ostentare te, animo
tantopere iactari, cogaris? nequaquam, per Iouem; sed his
omnibus iam olim licuit tibi esse immunem. hoc tantum-
modo nomine si notari poteras, quod tardiori hebetiorique
ingenio natus sis, exercitatione vitium istud corrigere conan-
dum fuerat, hebetudinem tuam neque insuper habendo, ne-
que in eadem tibi complacendo.

6. Est, qui, ubi gratum quid alicui fecerit beneficium,
imputare procliuis fit. est, qui, etiamsi imputare haud ita
procliuis fit, pro debitore tamen apud se habet eum, cui
benefecit, quidquid fecerit, nouit. est et, qui, quid fece-

ὁ δὲ τις τρόπον τινὰ οὐδὲ οἶδεν, ὁ πεποίηκεν· ἀλλὰ ὁμοίος ἐστὶν ἀμπέλῳ βότρεν ἐνεγκέσῃ καὶ μηδὲν ἄλλο προσεπιζητήσῃ, μετὰ τὸ ἅπαξ τὸν ἰδίον καρπὸν ἐννοχένα. ἵππος δραμῶν, κύων ἰχθυύσας, μέλισσα μέλι ποιήσασα, ἄνθρωπος δ' εὖ ποιήσας, καὶ ἐπιβοᾶται, ἀλλὰ μεταβαίνει ἐφ' ἕτερον, ὡς ἄμπελος ἐπὶ τὸ πάλιν ἐν τῇ ὥρᾳ τὴν βότρεν ἐνεγκεῖν. ἐν ταῖσι δὲ εἶναι, τοῖς τρόπον τινὰ ἀπαρακολούτως αὐτὰ ποιεῖσι; ναι· ἀλλ' αὐτὸ ταῦτο δὲ παρακολουθεῖν. ἴδιον γάρ, φησὶ, τῷ κοινωνικῷ, τὸ αἰδάνεσθαι, ὅτι κοινωνικῶς ἐνεργεῖ, καὶ τῷ Δία, βέλεσθαι καὶ τὸν κοινωνὸν αἰδέεσθαι. ἀληθὲς μὲν ἐστίν, ὃ λέγεις· τὸ δὲ νῦν λεγόμενον παρεκδέχῃ, διὰ τοῦτο ἔσῃ εἰς ἐκείνων, ὧν πρότερον ἐπεμνήσθην· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι λογικῇ τινι πιθανότητι παράγονται. εἰάν δὲ θελήσης συνεῖναι, τί ποτὲ ἐστὶ τὸ λεγόμενον, μὴ φοβῆ, μὴ παρὰ ταῦτο παραλιπῆς τι ἔργον κοινωνικόν.

ζ'. Εὐχὴ Ἀθηναίων, ὕσον, ὕσον, ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ

rit, quodammodo ne nouit quidem; sed viti similis est, quae racemum vbi tulerit, fructumque sibi proprium semel dederit, nihil vltius requirit. sicut equus vbi cucurrerit; canis venatus fuerit, apes mel confecerit; ita iste vbi benefecerit, non clamore prosequitur, sed ad aliud eiusmodi opus se transfert; quemadmodum vitis ad racemos alios denuo suo tempore producendos. in horum ergo numero esse oportet, qui quid faciant, ipsi quodammodo ne intelligunt quidem? ita plane. At hoc ipsum, inquis, quid agas, intelligere necessarium est. est enim societatis legem colentis proprium hoc, vt sentiat se secundum legem illam agere; et vt velit etiam, per Iouem, eum, quocum sic agit, id perferentem. Verum est, fateor, quod dicis; verumtamen, quod iam dictum est, si secius ceperis, ex eorum numero futurus es, quorum priore loco memineram: siquidem et illi rationis quaedam probabili abducuntur. tu autem, si id, quod dixeram, recte intelligere volueris, noli metuere, ne hac de causa benefaciendi occasionem vllam sis omisurus.

7. Atheniensium votum erat: *plus, plus, cave Iupiter,*

τῆς ἀρχῆς τῆς Ἀθηναίων καὶ τῶν πεδίων. ἤτοι ἔ δὲ εὐχεσθαι, ἢ ἔτως, ἀπλῶς καὶ ἐλευθέρως.

ἦ. Ὅποιόν ἐστι τὸ λεγόμενον, ὅτι συνέταξεν ὁ Ἀσκληπιὸς τῷ ἰππασίαν, ἢ ψυχρολασίαν, ἢ ἀνυποδυσίαν τοιῶτόν ἐστι καὶ τὸ, συνέταξεν τῷ ἢ τῶν ὅλων φύσις νόσον, ἢ πῆρῳσιν, ἢ ἀποβολὴν, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιῶτων. καὶ γὰρ ἐκεῖ τὸ συνέταξεν, τοιῶτόν τι σημαίνει, ἔταξε τῷ πρὸς τῷ, ὡς κατὰλληλον εἰς ὑγίειαν καὶ ἐνταῦθα τὸ συμβαῖνον ἐκαστῷ τέτακται πῶς πρὸς αὐτὸ κατὰλληλον εἰς τὴν εἰμαρμένην ἔτως γὰρ καὶ αὐτὰ συμβαίνειν ἡμῖν λέγομεν, ὡς καὶ τὰς τετραγώνους λῶθας ἐν τοῖς τεύχεσι, ἢ ταῖς πυραμίσι, συμβαίνειν οἱ τεχνῖται λέγῃσι, συναρμόζοντας ἀλλήλοις τῇ ποιᾷ συνδέσει. Ὅλως γὰρ ἀρμονία ἐστὶ μία. καὶ ὥσπερ ἐκ πάντων τῶν σωμάτων ὁ κόσμος τοιῶτον σῶμα συμπληρεται ἔτως ἐκ πάντων τῶν αἰτιῶν ἡ εἰμαρμένη τοιαύτη αἰτία συμπληρεται. νοῦσι δὲ, ὃ λέγω, καὶ οἱ τέλσον ἰδιῶται. Φασὶ γὰρ, τῷ ἔφερον αὐτῷ ἔκῃν τῷ τῷ

super Atheniensium arua et prata. aut nihil omnino precari, aut hoc modo simpliciter et ingenue precari, par est.

8. Cuiusmodi illud est, quod dici solet: *Aesclaparium* huic, vel illi *coordinasse*, ut equitet, ut frigida proluatur, ut discalceatus incedat: eiusmodi quiddam est, et quod huic, vel illi coordinavit uniuersi natura, ut morbo teneatur, corpore mutiletur, *liberos* amittat, aut aliud tale quippiam. siquidem et ibi *coordinavit* illud, sensum hunc habet, ac si diceretur, hoc ad illud ordinavit, tamquam quod ad eiusdem sanitatem conducatur: atque istuc pariter, quicquid unicuique contingit, ad illud ordinatur quodammodo, quod fato congruum existat, atque hinc est, quod ea conuenire nobis dicimus, quomodo lapides quadratos in moenibus, aut pyramidibus, conuenire dicunt artifices, quum sibi inuicem scite compositi coaptantur. omnino enim una quaedam est *rerum omnium* compages. et quemadmodum ex cunctis corporibus mundus iste, quo corpus eiusmodi fit, consummatur; ita ex causis uniuersis, quo causa fit eiusmodi fatum, conficitur, intelligunt hoc, quod dico, etiam rudissimi quique, dicunt

ἐφέρετο, καὶ τὸτο τέτω συνετάττετο. δεχόμεθα ἂν αὐ-
 τὰ, ὡς ἐκεῖνα ὁ Ἀσκληπιὸς συντάττει. πολλὰ γὰρ καὶ
 ἐν ἐκείνοις ἐστὶ τραχέα· ἀλλὰ ἀσπαζόμεθα τῇ ἐλπίδι
 τῆς ὑγείας. τοιούτον τι σοὶ δοκεῖτω, ἀνυσις καὶ συντέ-
 λεια τῶν τῇ κοινῇ φύσει δοκόντων, οἷον ἡ σὴ ὑγεία.
 καὶ ἕτως ἀσπάζεσθαι πᾶν τὸ γινόμενον, καὶ ἀπηνέσχεον
 δοκῇ, διὰ τὸ ἐκεῖ ἄγειν, ἐπὶ τὴν τῷ κόσμῳ ὑγίαν, καὶ
 τὴν τῷ Διὸς εὐοδίαν καὶ εὐπραγίαν. ἔ γάρ ἂν τὸτό τε
 ἔφερεν, εἰ μὴ τῷ ὅλῳ συνέφερεν. ἔδὲ γὰρ ἡ τυχεῖσα
 φύσις φέρεται, ὃ μὴ τῷ διοικημένῳ ὑπ' αὐτῆς κατάλ-
 ληλόν ἐστι. ἔκῃν κατὰ δύο λόγους εἴργειν χρὴ τὸ συμβαί-
 νόν σοι. καὶ ἓνα μὲν, ὅτι σοὶ ἐγίνετο, καὶ σοὶ συνετάττε-
 το, καὶ πρὸς σέ πως εἶχεν, ἀνωθεν ἐκ τῶν πρεσβυτάτων
 αἰτίων συγκλωθόμενον. καὶ ἕτερον δὲ, ὅτι τῷ ὅλῳ διοι-
 κῇντι τῆς εὐοδίας, καὶ τῆς συντελείας, καὶ νῇ Δία, τῆς συμ-
 μωνῆς αὐτῆς αἰτίον ἐστι. πηρῆται γὰρ τὸ ὁλόκληρον, εἰς
 καὶ ὅτις διακόψῃς τῆς συναφείας καὶ συνεχείας, ὥσπερ

enim: tulit hoc illi; *fors nimirum*. hoc itaque illi ferebatur;
 istudque illi coordinabatur. proinde ita excipiamus ista, quo-
 modo ea solemus, quae Aesculapius praeceperit. multa siqui-
 dem et in illis a'pera sunt, quae sanitatis spe tamen libenter
 admittimus. eiusmodi itaque quiddam videatur tibi eorum,
 quae naturae communi visa sunt, perfectio et consummatio,
 cuiusmodi est valetudo tua. eodemque modo, quidquid eue-
 nerit, quamvis asperius visum fuerit, libens admittito, quan-
 doquidem ad mundi integritatem Iovisque prosperitatem at-
 que felicitatem ferat. neque enim tulisset is, nisi ad vniuersi
 bonum contulisset. quum nec natura quaelibet quidquam fe-
 rat, quod non *ei mundo*, qui ab ipsa administratur, congruens
 existat. ita duplici ratione diligas oportet, quidquid euene-
 rit tibi. altera, quod tibi natum, et tibi coordinatum, et ad
 te quodammodo adfectum est, a causis antiquissimis retro ti-
 bi contextum. altera, quod vniuersi gubernatori prosperita-
 tis et consummationis, atque adeo permanfionis ipsius pro-
 curandae ex parte causa sit. mutilatur enim integrum
 ipsum, si quid vel minimum abscindas a connexionem et con-

τῶν μορίων, ἔτω δὲ καὶ τῶν αἰτίων. διακόπτεις δὲ, ὅσον ἐπὶ σοι, ὅταν δυσαρεστῆς, καὶ τρόπον τινὰ ἀναιετῆς.

Θ'. Μὴ σικχαίνειν, μηδὲ ἀπαυδᾶν, μηδὲ ἀποδυσπετεῖν, εἰ μὴ καταπυκνῇταί σοι τὸ ἀπὸ δογματῶν ὀρθῶν ἕκαστα πράσσειν· ἀλλὰ ἐκπεροδέντα, πάλιν ἐπανίεναι, καὶ ἀσμενίζειν εἰς τὰ πλείω ἀνθρωπικώτερα, καὶ φιλεῖν τῆτο, ἐφ' ὃ ἐπανερχῇ· καὶ μὴ ὡς πρὸς παιδαγωγὸν τὴν φιλοσοφίαν ἐπανίεναι· ἀλλ' ὡς οἱ ἐφθαλμιῶντες πρὸς τὸ σπογγάζειν καὶ τὸ ὥον, ὡς ἄλλος πρὸς κατάπλασμα, ὡς πρὸς καταιόνησιν. ἔτως γὰρ οὐδὲν ἐπιδείξει τὸ πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ, ἀλλὰ προσαναπαύσῃ αὐτῷ. μέμνησο δὲ, ὅτι φιλοσοφία μόνα θέλει, ἢ ἡ φύσις σε θέλει· σὺ δὲ ἄλλο ἤθελες ἢ κατὰ φύσιν. τί γὰρ τέτων προσηνέστερον; ἡ γὰρ ἡδονὴ ἐχὶ διὰ τῆς σφάλλει; ἀλλὰ θέασαι, εἰ προσηνέστερον μεγαλοψυχία, ἐλευθερία, ἀπλότης, εὐγνωμοσύνη, ὁσιότης. αὐτῆς γὰρ φρονήσεως τί προσηνέστερον; ὅταν τὸ ἀπταίον, καὶ εὐ-

tinuitate, ut patium universi, ita et caussarum. abscindis autem, quantum in te est, quando moleste fers aliquid, tollis que quodammodo.

9. Noli aegre ferre, aut animum despondere, aut stomachari, si iuxta decreta recta agere volenti haud perinde semper successerit. verum, *ubi excussum aliquando te senseris*, regredere, pluribusque pro officii humani ratione gestis contentus sis, atque illud, ad quod regrederis, fac diligas. nec, tamquam ad paedagogum, ad philosophiam redeas; sed quomodo ad ovum et penicillum, qui oculis laborant, quomodo ad emplastrum alius, alius ad perfusionem, *confugis*: ita nihil deerit ulterius, quod rationis obsequiae conciliet te, sed ei sponte tua adquiesces. illud autem memineris, philosophiam ea sola velle, quae natura tua ipsa velit: tu vero aliud aliquid velis, quam quod naturae tuae convenit? ecquid enim istis blandius fuerit? voluptas autem nonne hac ratione nos fallit? sed vide, gratiorne sit magnanimitas, liberalitas, simplicitas, aequanimitas, sanctitas. ipsa vero prudentia quid gratius *compereris*, quum facultatem intelligen-

ρην ἐν πᾶσι τῆς παρακολυθητικῆς καὶ ἐπισημονικῆς δυνάμεως ἐνθυμηθῆς.

ί. Τὰ μὲν πράγματα ἐν τοιαύτῃ τρόπον τινα ἐγκαλύψει ἐστὶν, ὥστε φιλοσόφοις ἐκ ὀλίγοις ἔδὲ τοῖς τυχεῖσιν ἔδοξε ἢ παντάπασιν ἀκατάληπτα εἶναι. πλὴν αὐτοῖς γε τοῖς Στωϊκοῖς δυσκατάληπτα δοκεῖ. καὶ πᾶσα ἡ ἡμετέρα συγκατάθεσις μεταπτωτή· πῆ γὰρ ὁ ἀμετάπτωτος; μέτιθι τοίνυν ἐπ' αὐτὰ τὰ ὑποκείμενα ὡς ὀλγόχρονα, καὶ εὐτελῆ, καὶ δυνάμενα ἐν κτήσει κινεῖσθαι, ἢ πόρνης, ἢ ληστῶ εἶναι. μετὰ τῆτο ἐπιθι ἐπὶ τὰ τῶν συμβιέντων ἦθη, ὧν μόλις ἐστὶ καὶ τῇ χαριεστάτῃ ἀναχέσθαι, ἵνα μὴ λέγω, ὅτι καὶ ἑαυτὸν τις μόγις ὑπομένει. ἐν τοιαύτῳ ἔν ζόφῳ καὶ ῥύπῳ καὶ τοιαύτῃ ῥήσει τῆς τε ἐσίας καὶ τῇ χροῖα, καὶ τῆς κινήσεως, καὶ τῶν κινημένων, τί ποτ' ἐστὶ τὸ ἐκτιμηθῆναι, ἢ τὸ ὅλως σπαραδθῆναι δυνάμενον, ἔδ' ἐπινοῶ. τῶνάντιόν γὰρ δεῖ παραμυθόμενον ἑαυτὸν περικέμεναι τὴν φυσικὴν λύσιν, καὶ μὴ ἀχάλλειν τῇ διατριβῇ, ἀλλὰ τέτοις μόνοις προσ-

tia scientiaque in te praeditam eiusmodi cogitaueris, quae nusquam impingat, sed in omni re prospere feratur?

10. Res quidem ipsae adeo sunt abditae, ut philosophis haud paucis, nec vulgaribus eis, omnino percipi nil posse visum sit. quin et Stoicis perceptu difficiles admodum videntur. *estque reuera* adensus noster omnis labilis et mutabilis. vbi enim gentium est, qui sententiam falsus quandoque non mutauerit? ad subiecta iam ipsa si transieris, quam caduca, quam vilia sunt; quaeque etiam cinaedo, scorto, latroni in possessionem cedere possint. mores autem eorum, quibuscum degis, si aduerteris, tales esse comperies, ut etiam gratissimum quemlibet vix sustineas, ut ne adiciam, seipsum etiam vix sustinere quemquam. in huiusmodi itaque caligine ac forde, tantoque materiae, temporis, motuum, rerumque motarum fluxu, nihil possum comminisci, quod aestimatione studiose dignum videatur. contra potius solari se quemque par fuerit, dissolutionem sui naturalem operiendo, moramque interea haud grauate ferendo, dum duobus hisce adque-

αναπαύεσθαι ἐνὶ μὲν τῷ, ὅτι ἔδεν συμβῆσται μοι, ὃ ἔχει κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἐστίν· ἐτέρῳ δὲ, ὅτι ἔξεσι μοι μηδὲν πράσσειν παρὰ τὸν ἐμὸν Θεόν, καὶ δαίμονα. εἰδείς γὰρ ὁ ἀναγκάσων τῆτον παραβῆναι.

ια'. Πρὸς τί ποτε ἄρα νῦν χρώμαι τῇ ἐμαυτῇ ψυχῇ; παρ' ἑκάστον τῆτο ἐπανερωτᾷν ἑαυτὸν, καὶ ἐξετάζειν, τί μοί ἐστι νῦν ἐν τῷ τῷ μορίῳ, ὃ δὴ ἡγεμονικὸν καλεῖσσι καὶ τίνος ἄρα νῦν ἔχω ψυχὴν; μήτι παιδὶς; μήτι μειρακίς; μήτι γυναικακίς; μήτι τυράννης; μήτι κτήνης; μήτι θηρίῳ;

ιβ'. Ὅποιά τινα ἐστὶ τὰ τοῖς πολλοῖς δοκῶντα ἀγαθὰ, καὶ ἐντεῦθεν λάβοις. εἰ γάρ τις ἐπινοήσκει ἐπ' ἀρχόντά τινα ὡς ἀληθῶς ἀγαθὰ, οἷον Φρόνητιν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην, ἀνδρείαν, ἢ ἂν ταῦτα προεπινοήσας, ἔτι ἀκῶσαι δυνηθεῖη τί' ὑπὸ τῷ ἀγαθῷ γὰρ ἐφαρμόσει. τὰ δὲ γε τοῖς πολλοῖς φαινόμενα ἀγαθὰ προεπινοήσας τις, ἐξακῶσεται, καὶ ῥαδίως δέξεται, ὡς οἱ κείως ἐπιλεγόμενον τὸ ὑπὸ τῷ κωμικῷ εἰρημένον. ἔτως

scit profusus; altero nimirum, nihil obtingere sibi posse, quod non sit vniuersi naturae consentaneum: altero, in sua esse potestate situm, ut nihil faciat praeter genii deique sui voluntatem. hanc enim transgredi qui cogat, nullus est.

II. Quam ad rem anima nunc vtor mea? hoc te iugiter interroga, simulque te percontare; ecquid mihi nunc versatur in parte mei illa, quae principalis dici solet? aut cuiusnam ego nunc animam gero? num pueruli? num adolescentuli? num mulierculæ? num tyranni? num iumentum? num belluae?

12. Cuiusmodi sint, quae plerisque bona videntur, hinc licet deprehendere. si quid eorum, quae reuera bona sunt, mente quispiam conceperit, puta, prudentiam, temperantiam, iustitiam, fortitudinem, ista, inquam, si animo praeconceperit, non sustinebit adiectum huic audire quidquam, quod non rei bonae probe congruat. at vero quae vulgo pro bonis habentur, ubi animo praeconceperit quis, auribus aequis accipiet, facileque admittet, tamquam apte adiectum id, quod a comico quandoque dictum est. ita etiam vulgus hominum dif-

καὶ οἱ πολλοὶ φαντάζονται τὴν διαφοράν. ἡ γὰρ αὖν
 τῷτο μὲν ἡ προσέκοπτεν καὶ ἀπηξίετο· τὸ δὲ ἐπὶ τῷ
 πλάττει καὶ τῶν πρὸς τρυφῇ, ἢ δόξαν, εὐκκληρημάτων
 παρεδεχόμεθα, ὡς ἱκνυμένως καὶ ἀσειείως εἰρημένον. προί-
 δι ἔν καὶ ἐρώτα, εἰ τιμητέον καὶ ἀγαθὰ ὑποληπτέον
 τὰ τοιαῦτα, ὧν προεπινοηθέντων, οἰκείως αὖν ἐπιφέροιο,
 τὸ τὸν κεκτημένον αὐτὰ ὑπὸ τῆς εὐπόρειας οὐκ ἔχειν,
 ὅποι χέση.

γ'. Ἐξ αἰτιώδους καὶ ὑλικῆς συνέστηκα· ἑδέτερον
 δὲ τῶτων εἰς τὸ μὴ ὄν φθαρήσεται· ὥσπερ ἑδὲ ἐκ τῆς
 μὴ ὄντος ὑπέστη. ἔκῃν καταταχθήσεται πᾶν μέρος ἐμὸν
 κατὰ μεταβολὴν εἰς μέρος τι τῷ κόσμῳ. καὶ πάλιν ἐκεί-
 νο εἰς ἕτερον μέρος τῷ κόσμῳ μεταβαλεῖ καὶ ἤδη εἰς
 τὸ ἄπειρον. κατὰ τοιαύτην δὲ μεταβολὴν καὶ γὰρ ὑπέ-
 στην, καὶ οἱ ἐμὲ γεννήσαντες, καὶ ἐπανιόντι εἰς ἄλλο
 ἄπειρον. ἑδὲν γὰρ κωλύει ἕτως φάναί, καὶ κατὰ πε-
 ριόδους πεπερασμένας ὁ κόσμος διοικῆται.

ferentiae istius habent aliquam notitiam. alioqui enim non
 offenderet, et tamquam dicta indignum repudiaretur, si de
 illis enuntiaretur; quum de diuitiis, eisque fortunae bonis,
 quae ad luxum pompamue ferunt, tamquam apte sciteque
 dictum admittamus. Eas nunc et quaeas licet, vtrum in ho-
 nore habendae, aut in bonis censendae sint res huiusmodi,
 quibus animo prius conceptis illud commode possit adiici,
 homini istis instructo prae opulencia sua *non suppetere, ubi*
ventris onus deponat.

13. Forma consto et materia: harum neutra in nihilum
 interibit, quemadmodum nec ex nihilo processit. omnis ergo
 pars mei, mutatione interueniente, in mundi partem aliquam
 pro ratione sui redigetur. et haec rursus in aliam mundi par-
 tem mutabitur: et sic in infinitum. mutationis autem huius-
 modi opera et ipse exstiti, et qui me genuerant, atque ita re-
 tro in aliud infinitum. nihil enim vetat, quo minus hoc di-
 cam, etiamsi secundum periodos, finibus certis terminatas,
 mundus iste digeratur.

ιδ'. Ὁ λόγος καὶ ἡ λογικὴ τέχνη δυνάμεις εἰσὶν αὐταῖς ἀρκέμεναι, καὶ τοῖς καθ' αὐτὰς ἔργοις ὁρμῶνται μὲν ἐν ἀπὸ τῆς οἰκείας ἀρχῆς· ὁδούσι δὲ πρὸς τὸ προκείμενον τέλος. καθὼ κατορθώσεις αἱ τοιαῦται πράξεις ὀνομάζονται, τὴν ὁρμότητα τῆς ὁδῶ σημαίνεσαι.

ιε'. Οὐδὲν τέτων ῥητέον ἀνθρώπῳ, ἀ ἀνθρώπῳ, καθὼ ἀνθρώπος, ἐκ ἐπιβάλλει. ἐκ ἔστιν ἀπαιτήματα ἀνθρώπων, ἐδὲ ἐπαγγέλλεται αὐτὰ ἡ τῷ ἀνθρώπῳ φύσις, ἐδὲ τελειότητές εἰσι τῆς τῷ ἀνθρώπῳ φύσεως. οὐ τοίνυν ἐδὲ τὸ τέλος. ἐν αὐτοῖς ἐστὶ τῷ ἀνθρώπῳ κείμενον, ἐδὲ συμπληρωτικὸν τῷ τέλει τὸ ἀγαθόν. ἔτι ἔτι τέτων ἦν ἐπιβάλλον τῷ ἀνθρώπῳ, ἐκ ἂν τὸ ὑπερφρονεῖν αὐτῶν, καὶ κατεξάνεσθαι, ἐπιβάλλον ἦν. ἐδὲ ἐπαινετός ἦν, ὁ ἀπροσδεῖν τέτων αὐτὸν παρεχόμενος. ἐδ' ἂν ὁ ἐλαττωτικός αὐτῷ ἐν τινι τέτων ἀγαθός ἦν, εἴπερ ταῦτα ἀγαθὰ ἦν. νῦν δὲ ὅσω περ πλείω τις ἀφαιρῶν αὐτῷ τέτων, ἢ τοιούτων ἑτέρων, ἢ καὶ ἀφαιρέμενά τι τέτων ἀνέχεται, τόσῳδε μᾶλλον ἀγαθός ἐστι.

14. Ratio, arsque ipsa rationalis, facultates sunt, quae sibi operibusque suis ipsae sufficiunt. a suo itaque ciuntur prodeuntque principio; at ad propositum sibi finem recta proficiscuntur. vnde et recte factorum appellationem sortitae sunt actiones istiusmodi, qua viae rectitudo significetur.

15. Nihil horum hominis esse dicendum est, quod non ad hominem, qua homo est, pertinet. ista enim nec ab homine exiguntur, nec pollicetur ea natura humana, nec ad eam perficiendam ferunt. nec proinde in istis consistit aut naturae humanae finis, aut bonum aliquod, quod ad finem hunc conficiendum conducatur. tum si quid istorum ad hominem pertineret, hominis non esset, ea despectui habere, eisque sese opponere: nec laude dignus haberetur, qui istis minus indigentem se praestiterit. immo ne bonus quidem vir esset, qui sibi horum alicui interdixerit, siquidem ea vere bona existerent. atqui contra, quo quis horum hisque similium plura sibi detraxerit, aut ab aliis detracta aequanimiter sustinuerit, eo melior merito censetur.

ις'. Οἷα ἂν πολλάκις Φαντασθῆς, τοιαύτη σοι ἔσται διάνοια. βάπτεται γὰρ ὑπὸ τῶν Φαντασιῶν ἡ ψυχὴ. βάπτε ἂν αὐτὴν τῇ συνεχείᾳ τῶν τοιούτων Φαντασιῶν οἷον, ὅτι, ἔπερ ζῆν ἔστιν, ἐκεῖ καὶ εὖ ζῆν. ἐν αὐτῇ δὲ ζῆν ἔστιν· ἔστιν ἄρα καὶ εὖ ζῆν ἐν αὐτῇ. καὶ πάλιν, ὅτι, ἔπερ ἔνεκεν ἑκάστον κατεσκεύασται, πρὸς ὃ δὲ κατεσκεύασται, πρὸς τῷτο Φέρεται· πρὸς ὃ Φέρεται δὲ, ἐν τῷτω τὸ τέλος αὐτῷ· ὅπερ δὲ τὸ τέλος, ἐκεῖ καὶ τὸ συμφέρον καὶ τὰγαθὸν ἑκάστῳ· τὸ ἄρα ἀγαθὸν τῷ λογικῷ ζῷῳ, κοινωμία. ὅτι γὰρ πρὸς κοινωμίαν γεγόναμεν, πάλας δέδεικται. ἢ οὐκ ἦν ἐναεργές, ὅτι τὰ χεῖρω τῶν κρείττων ἔνεκεν, τὰ δὲ κρείττω ἀλλήλων; κρείττω δὲ τῶν μὲν αἰψύχων, τὰ ἐμφύχα· τῶν δὲ ἐμφύχων τὰ λογικά.

ις'. Τὸ τὰ ἀδύνατα διώκειν, μανικόν· ἀδύνατον δὲ τὸ τῆς Φαύλης μὴ τοιαῦτά τινα ποιεῖν.

ιθ'. Οὐδὲν ἔδενι συμβαίνει, ὃ ἔχι ἐκείνο πέφυκεν Φέρειν αὐτῷ. ἄλλω τὰ αὐτὰ συμβαίνει, καὶ ἥτοι ἀγνο-

16. Talis futura est mens tua, qualia ea sunt, quae creberrime cogitaueris. imbuitur enim cogitationibus anima. imbue ergo illam cogitationibus istiusmodi: verbi gratia, vbi cumque viuere, ibidem et bene viuere licere. in aula vero viuere licere: ergo et in aula bene viuere dari. et rursus, cuius gratia quidque conditum est, ad id agendum esse conditum; ad quod autem agendum conditum est, ad id ferri: ad quod fertur vero, eo finem suum situm habere: in quo autem finis rei cuiusque situs est, eodem vtile bonumque eiusdem constare: bonum itaque animantis ratione praediti, societas est. ad hanc enim natos esse nos, supra demonstratum est. an non enim liquet plane, deteriora quaeque praestantiorum gratia esse condita, praestantiora sui inuicem? praestant autem inanimatis quidem animata; ex animatis vero, quae ratione sunt praedita.

17. Quae fieri nequeunt, sectari insanum est. fieri autem non potest, quin istiusmodi quaedam improbi agant.

18. Nihil cuiquam contingit, quin a natura habeat, ut id ferre possit, aliis eadem contingere, qui vel casuum suo-

ἂν, ὅτι συμβέβηκεν, ἢ ἐπιδεικνύμενος μεγαλοφροσύνην
εὐσταθεῖ, καὶ ἀκράκωτος μένει. δεινὸν ἔν, ἀγνοίαν καὶ
ἀρεσκειαν ἰχυροτέρας εἶναι φρονήσεως.

Ιθ'. Τὰ πράγματα αὐτὰ οὐδ' ὅπως ἴεν ψυχῆς
ἄπτεται· οὐδὲ ἔχει εἴσοδον πρὸς ψυχὴν· οὐδὲ τρέψαι,
οὐδὲ κινήσαι ψυχὴν δύναται· τρέπει δὲ καὶ κινεῖ αὐτὴ
ἑαυτὴν μόνη· καὶ οἷον ἂν κριμάτων καταξιώσῃ ἑαυτήν,
τοιαῦτα ἑαυτῇ ποιεῖ τὰ προσυφεσῶτα.

κ'. Καθ' ἕτερον μὲν λόγον ἡμῖν ἐστὶν οἰκιοτάτον
ἄνθρωπος, καθ' ὅσον εὖ ποιητέον αὐτῆς καὶ ἀνεκτέον·
καθ' ὅσον δὲ ἐνίσαντά τις εἰς τὰ οἰκεῖα ἔργα, ἔν τι
τῶν ἀδιαφόρων μοι γίνεται ὁ ἄνθρωπος, ἔχῃ ἥσσον ἢ
ἥλιος, ἢ ἄνεμος, ἢ θηρίον. ὑπὸ τῶν δὲ ἐνέργεια μέν-
τοι ἐμποδιθεῖν ἂν. ὁρμῆς δὲ καὶ διαθέσεως ἔ γίνεται
ἐμπόδια διὰ τὴν ὑπεξαίρεσιν, καὶ τὴν περιτροπὴν. περι-
τρέπει γὰρ καὶ μεθίστησι πᾶν τὸ τῆς ἐνεργείας κώλυμα
ἢ διάνοια εἰς τὸ προηγμένον· καὶ πρὸ ἔργου γίνεται τὸ

rum ignari, vel animi magni specimen dare cupidi, immoti
illaefique manserunt. indignum est autem, ignorantiam et
arrogantiam prudentia plus posse.

19. Res ipsae nulla ratione animam attingunt; neque
aditum vllum ad eam habent; neque mutare eam, aut mo-
uere possunt, ipsa sola sese mutat mouetque. qualia autem
decreta fuerint, quibus ipsa in se locum dederit, talia facit
sibi aduentitia quaeque.

20. Alia quidem ratione nobis coniunctissimus est homo;
quatenus officii est nostri iuuare illos ac sustinere. at quate-
nus, in actionibus debitis obfistunt nobis quandoque, hac ra-
tione inter res medias etiam mihi censetur homo, nihilo mi-
nus, quam aut sol, aut ventus, aut bellua. haec enim omnia
actum impedire mihi possunt. Verum conatus, aut adfectus,
impedimentum non datur, exceptionis atque circumversionis
beneficio. circumuertit enim mens, transfertque effectus
impedimentum omne ad id, quod est potius, *ita fit, ut et*

τῷ ἔργῳ τῷ ἐφεκτικόν· καὶ πρὸ ὁδῷ, τὸ τῆς ὁδῷ ταύτης ἐνστατικόν.

κα'. Τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τὸ κρᾶτισον τίμα· ἔστι δὲ τῷτο τὸ πᾶσι χρώμενον, καὶ πάντα διέπον. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἐν σοι τὸ κρᾶτισον τίμα· ἔστι δὲ τῷτο, τὸ ἐκείνῳ ὁμογενές. καὶ γὰρ ἐπὶ σε τὸ τοῖς ἄλλοις χρώμενον, τῷτο ἔστι, καὶ ὁ σὸς βίος ὑπὸ τῷτο διοικεῖται.

κβ'. Ὁ τῇ πόλει ἔκ ἐστι βλαβερόν, ἐδὲ τὸν πολίτην βλάπτει. ἐπὶ πάσης τῆς τῷ βεβλάσθαι φαντασίας τῶτον ἔπαυε τὸν κανόνα· εἰ ἡ πόλις ὑπὸ τῷτο μὴ βλάπτεται, ἐδὲ ἐγὼ βεβλαμμαι· εἰ δὲ ἡ πόλις βλάπτεται, ἔκ ὀργιστέον τῷ βλαπτοντι τὴν πόλιν, τί τὸ παρορώμενον.

κγ'. Πολλάκις ἐνθυμῷ τὸ τάχος τῆς παραφορᾶς καὶ ὑπεξαγωγῆς τῶν ὄντων τε καὶ γινομένων. ἡ τε γὰρ ἁσία οἷον ποταμός ἐν διηνεκῇ ῥύσει· καὶ αἱ ἐνέργειαι ἐν συνεχέσι μεταβολαῖς, καὶ τὰ αἷτια ἐν μυρίαις τροπαῖς· καὶ χεδὸν ἐδὲν ἐσῶς, καὶ τὸ παρεγγύς. τὸ

quod opus meum hoc inhibet, ad opus conducat; et ad viam conferat, quod viae initae obstabat.

21. Eorum, quae mundus complectitur, quod praestantissimum est, colito: hoc est autem illud, quod *caeteris* omnibus vitur, quod *reliqua* omnia administrat. pari modo et quod in te praestantissimum est, colito: hoc est autem, quod superiori illi adfuit: istud enim est, quod caeteris in te omnibus vitur; et a quo vita tua gubernatur.

22. Quod ciuitati non est noxium, nec ciui nocet. hanc ad ea omnia regulam adhibe, quibus noceri tibi posse videbitur: si ciuitati ab hac re nihil nocetur, nec mihi: quin et etiam si ciuitati nonnihil inde nocementi accederet, ne sic quidem succensendum esset ciuitatem laedenti, sed ostendendum, in quo delinquat.

23. Saepe cogita, quanta cum celeritate abripiantur et subtrahantur, quae sunt fiuntque vniuersa. est enim *rerum* natura instar fluiui cuiusdam, *qui* in fugi sit fluxu: effectio- nes vero mutationibus continuis, et caussae ipsae conuersio- nibus innumeris subiacent: nec quod consistat, fere quidquam

δὲ ἄπειρον τῷ τε παρωχηότος καὶ μέλλοντος ἀχανές,
ὧ πάντα ἐναφανίζεται. πῶς ἐν ἑμῷ μωρὸς ὁ ἐν τέτοις
Φυσώμενος, ἢ σπώμενος, ἢ χετλιάζων, ὡς ἐν τινι χρό-
νῳ καὶ ἐπὶ μικρὸν ἐνοχλήσαντι;

κδ'. Μέμνησο τῆς συμπάσης ἐσίας, ἧς ὀλίγιστον
μετέχεις· καὶ τῷ σύμπαντος αἰῶνος, ἃ βραχὺ καὶ ἀκα-
ρεαῖόν σοι διάστημα ἀφώριται· καὶ τῆς εἰμαρμένης, ἧς
πόσον εἰ μέρος;

κε'. Ἄλλος ἀμαρτάνει τι εἰς ἐμέ; ὄψεται· ἰδίαν
ἔχει διάθεσιν, ἰδίαν ἐνέργειαν. ἐγὼ νῦν ἔχω, ὃ με θέ-
λει νῦν ἔχειν ἡ κοινὴ Φύσις, καὶ πρᾶσσῶ, ὃ με νῦν πρᾶσ-
σειν θέλει ἡ ἐμὴ Φύσις.

κς'. Τὸ ἡγεμονικὸν καὶ κυριεῦον τῆς ψυχῆς σε μέ-
ρος, ἀτρεπτον ἔσω ὑπὸ τῆς ἐν τῇ σαρκὶ λείας ἢ τρα-
χείας κινήσεως· καὶ μὴ συγκρινέσθω, ἀλλὰ περιγραφέ-
τω αὐτὸ, καὶ περιοριζέτω τὰς πείσεις ἐκείνας ἐν τοῖς
μορίοις. ὅταν δὲ ἀναδιδῶνται κατὰ τὴν ἐτέραν συμπά-
θειαν εἰς τὴν διάνοιαν, ὡς ἐν σάματι ἠνωμένῳ, τότε πρὸς

*est. cogita itidem vastum istud vtrunque adiacens praeteriti
ac futuri temporis immensum, quo conduntur vniuersa. qui
igitur non pro fatuo merito habeatur, qui istis vel inflatur,
vel cruciatur, vel de re aliqua, quae ad spatium perbreue
molestiam exhibeat, quiritatur, quasi diu id fiat?*

24. Memineris et naturae vniuersae, cuius particulam
exiguam admodum obtines; et vniuersi, cuius spatium bre-
ue et momentaneum tibi adsignatum est; et fati, cuius quan-
tilla es particula?

25. Peccat quis aliquid aduersus me? ipse viderit: pro-
priam habet dispositionem, operationem propriam. ego nunc
habeo, quod nunc habere me vult rerum natura; facioque,
quod nunc me facere vult natura mea.

26. Quae principatum ac dominium obtinet pars ani-
mae tuae, immota maneat, ad laeuem, vel asperum carnis tuae
motum: nec se *carni* immisceat, sed circumscribat sese, et
intra membrorum limites coerceat adfectiones istas. quod si
alia ratione se ad mentem subuexerint, quatenus nempe ea

μὲν τὴν αἰθήσιν, Φυσικὴν ἔσαν, ἔπειρατέον ἀντιβαίνειν τὴν δὲ ὑπόληψιν, τὴν ὡς περὶ ἀγαθῆ, ἢ κακῆ, μὴ προστιθέτω τὸ ἡγεμονικὸν ἐξ αὐτῆ.

κζ'. Συζῆν θεοῖς. συζῆ δὲ θεοῖς ὁ συνεχῶς δεικνὺς αὐτοῖς τὴν ἑαυτῆ ψυχὴν ἀρεσκομένην μὲν τοῖς ἀπονεμομένοις, ποιῶσαν δὲ, ὅσα βέλεται ὁ δαίμων, ὃν ἐκάτω προσάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, ἀπόσπασμα ἑαυτῆ. ἕτος δὲ ἐστίν, ὁ ἐκάστη νῆς καὶ λόγος.

κη'. Τῷ γράσωμι μήτι ὀργίξῃ; μήτι τῷ ὀξοσώμω ὀργίξῃ; τί σοι ποιήσει; τοῖστον εἶμα ἔχει, τοιαύτας μάλας ἔχει. ἀνάγκη, τοιαύτην ἀποφορὰν ἀπὸ τοιῶτων γίνεσθαι. ἀλλ' ὁ ἀνθρώπος λόγον ἔχει, φησὶ, καὶ δύναται συννοεῖν ἐφισάνων, τί πλημμελεῖ. εὖ σοι γένοιτο τογχαρῆν καὶ σὺ λόγον ἔχεις, κίνησον λογικῇ διαθέσει λογικὴν διάθεσιν· δεῖξον, ὑπόμνησον. εἰ γὰρ ἐπαίει, θεραπεύσεις, καὶ ἔχρεία ὀργῆς (ἔτε τραγωδὸς, ἔτε κόρη.)

corpori vnita est, tunc sensui, quum a natura sit, non est obnitendum: sed sistenda partis principalis censura, ne de his, tamquam aut bonis, aut malis, sententiam vllam ferat.

27. Cum deis viuendum. hoc autem faciet, qui animum exhibuerit ira iugiter adfectum, vt rebus sibi destinatis adquiescat; faciatque, quaecumque genius ille voluerit, quem sui particulam a se auulsam Iupiter cuique attribuit, praesidem ducemque eidem futuram. hic autem cuiusque mens est et ratio.

28. Num succenses ei, qui hircum olet? num ei, cui halitum grauem os emittit? quid enim fecerit? eiusmodi os huic, illi alae sunt, vt fieri nequeat, quin talē quid ab utroque se proferat. at homo, inquis, ratione praeditus est, potestque, si aduertat, dignoscere, quid delinquat. Bene tibi sit. proinde tu quoque, ratione quum sis praeditus, rationali facultate. tua eandem in illo excitato, errorem ostendito, commonefacito. siquidem enim te audiuerit, sanasti eum, nec ira amplius opus iam erit. (Nec tragoedus, nec scortum.)

κθ'. Ὡς ἐξελθὼν ζῆν διανοῇ, ἕτως ἐνταῦθα ζῆν ἔξεστιν. εἰάν δὲ μὴ ἐπιτρέπωσι, τότε καὶ τῷ ζῆν ἔξωθι· ἕτως μέντοι, ὥς μηδὲν κακὸν πάχων. καὶ καπνὸς ἐς ἀπέρχομαι. τί αὐτὸ πρᾶγμα δοκεῖς; μέχρι δέ με τοιῷτον ἐδὲν ἐξάγει, μένω ἐλεύθερος, καὶ εἰς με κωλύσει ποιεῖν, ἃ θέλω· θέλω δὲ κατὰ φύσιν τῷ λογικῷ καὶ κοινωνικῷ ζῶει.

λ'. Ὁ τῷ ὅλῳ νῆς κοινωνικός. πεποίηκε γὰρ τὰ χεῖρα τῶν κρείττωνων ἔνεκεν καὶ τὰ κρείττω ἀλλήλοις συνήρμοσεν. ὁρᾷς, πῶς ὑπέταξε, συνέταξε, καὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπένειμεν ἑκάστοις, καὶ τὰ κρατιτεύοντα εἰς ὁμόνοιαν ἀλλήλων συνήγαγε.

λα'. Πῶς προσενήνεξαι μέχρι νῦν θεοῖς, γονεῦσιν, ἀδελφοῖς, γυναικί, τέκνοις, διδασκάλοις, τροφεῦσι, φίλοις, οἰκείοις, οἰκέταις· εἰ πρὸς πάντας σοι μέχρι νῦν ἐστὶ τὸ μήτε τινα ῥέξαι ἐξαίσιον, μήτε εἰπεῖν. ἀναμιμνήσκω δὲ, καὶ δι' οἷων διελέλυθας, καὶ οἷα ἤρκεσας ὑπομεῖναι.

29. Quo modo vivere cogitas, *vita mox excessurus*, eodem, si volueris, vivere iam licet. sin id minus permiserint, *quibuscum hic degis*, ex eas licet e vita; ita tamen, vt qui nihil mali passus est. si fumus *molestus est mihi*, discedo. cur hoc momenti alicuius esse videatur? interim vero, dum nihil me ad educendum me adigit, liber maneo; vtpote quem nemo prohibere possit, quo minus faciam, quae velim: velim autem, quae et animantis ratione imbuti et ad societatem nati naturae sunt consentanea.

30. Vniuersi mens communionis mutuae amans est, itaque deteriora quaeque praestantiorum causa fecit: praestantiora sibi inuicem conciliauit. vides, *vt res singulas* ordine iusto subdiderit, congesse, pro dignitate sua suum cuique attribuerit, praestantissimas mutuo sibi inuicem consensu deuinxerit.

31. *Recole tecum*, quo modo te haecenus gesseris erga deos, parentes, fratres, coniugem, liberos, praeceptores. educatores, amicos, familiares, famulos; num quid haecenus aduersus horum aliquem, quod minus deceat, quidquam vel facto, vel dicto etiam, admiseris. recole quoque, quae transigeris *negotia*, quibusque sustinendis suffeceris. *cogita*, et

καὶ ὅτι πλήρης ἦδη σοι ἰσορῖα τῷ βίῃ καὶ τελεία ἡ λειτουργία· καὶ πόσα ὥπται καλὰ· καὶ πόσων μὲν ἡδονῶν καὶ πόνων ὑπερεῖδες· πόσα δὲ ἐνδοξα παρεῖδες· εἰς ὅσας δὲ ἀγνώμονας εὐγνώμων ἐγένεθ.

λβ'. Διὰ τί συγχέουσιν ἄτεχνοι καὶ ἀμαθεῖς ψυχὰς ἐντεχνον καὶ ἐπισήμονα; τίς ἔν ψυχῇ ἐντεχνος καὶ ἐπισήμων; ἡ εἰδυῖα ἀρχὴν καὶ τέλος, καὶ τὸν διὰ τῆς ἁσίας διήκοντα λόγον, καὶ διὰ παντὸς τῷ αἰῶνος κατὰ περιόδους τεταγμένας οἰκονομῶντα τὸ πᾶν.

λγ'. Ὅσον ἐδέπω σποδός, ἡ σκέλετος, καὶ ἦτοι ὄνομα, ἡ ἐδὲ ὄνομα· τὸ δὲ ὄνομα, ψόφος καὶ ἀπήχημα. τὰ δὲ ἐν τῷ βίῳ πολυτίμητα, κενὰ, καὶ σαπρὰ, καὶ μικρὰ, καὶ κυνῖδια διαδακνόμενα, καὶ παιδία φιλονεικα, γελῶντα, εἴτα εὐθύς κλαίοντα. πίσις δὲ καὶ αἰδώς, καὶ δίκη καὶ ἀλήθεια, πρὸς ἔλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης. τί ἔν ἐτι τὸ ἐνταῦθα κατέχον; εἶγε τὰ μὲν

vitae tuae historiam iam esse consummatam, munereque tuo te iam defunctum. *recole* itidem, quot praeclara videris; quot voluptates ac dolores spreueris; quot pro gloriofis habita neglectui habueris; quot improbis denique aequum te exhibueris.

32. Quorsum arte instructum ac peritum quemquam rudēs animae imperitaeque conturbent? verum quaenam est anima perita arteque instructa? Ea, quae principii finisque rerum est gnara, rationisque illius, quae res omnes permeat, ac per aeuum omne statis periodis vniuersum hoc administrat.

33. Cinis iamiam *futurus es*, aut ossa nuda; nomenque tantum, vel ne nomen quidem *tui*, *superfuturum est*. nomen autem ipsum nihil est aliud, quam sonitus *inanis* et echo quaedam. quin et illa ipsa, quae in hac vita tanto habentur in pretio, vana sunt, putida, exilia, canicularum instar inuicem rixantium, aut puerulorum secum inuicem litigantium, et ridentium modo, mox plorantium. Caeterum fides, modestia, iustitia et veritas, ad coelum, a terra longe lateque patente, *se se consulerunt*. ecquid igitur restat, quod te istic detineat?

αἰσθητὰ εὐμετάβλητα, καὶ ἔχ' ἐσῶτα· τὰ δὲ αἰσθητή-
ρια, ἀμυδρὰ καὶ εὐπαρατύπωτα· αὐτὸ δὲ τὸ ψυχά-
ριον, ἀναδυμίαισι ἀφ' αἵματος· τὸ δὲ εὐδοκιμεῖν παρὰ
τοιούτοις κενόν· τί ἔν περιμένεις; ἴλεως τὴν εἴτε σβέσιν,
εἴτε μετὰσασιν. ἕως δὲ ἐκείνης ὁ καιρὸς ἐφίσταται, τί ἀρ-
κῆ; τί δ' ἄλλο, ἢ θεὸς μὲν σέβειν καὶ εὐφημεῖν· ἀν-
θρώπου δὲ εὖ ποιεῖν, καὶ ἀνέχεσθαι αὐτῶν καὶ ἀπέχε-
σθαι· ὅσα δὲ ἐκτὸς ὄρων τῶ κρεαδίσ, καὶ τῶ πνευματίῳ,
ταῦτα μεμνηῖσθαι μῆτε σὰ ὄντα, μῆτε ἐπὶ σοι;

λδ'. Δύνασαι αἰεὶ εὐροεῖν, εἶγες καὶ ὀδεύειν, εἶγες
καὶ ὀδῶ ὑπολαμβάνειν, καὶ πράσσειν δύο ταῦτα κοινὰ,
τῇ τε τῷ θεῷ, καὶ τῇ τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ παντὸς λογικῆς
ζῶας ψυχῇ· τὸ μὴ ἐμποδίζεσθαι ὑπ' ἄλλῃ· καὶ τὸ ἐν
τῇ δικαίῃ διαδέσει καὶ πράξει ἔχειν τὸ ἀγαθόν, καὶ
ἐνταῦθα ὀρεξῖν ἀπολήγειν.

λε'. Εἰ μῆτε κακία ἐστὶ τῷτο ἐμῇ, μῆτε ἐνέργεια

siquidem res sensui subiectae, mutari pronae, et consistere ne-
sciae; sensus ipsi hebetes et imagines falsas admittere pro-
clives: animula ipsa, exhalatio a sanguine emissa: apud eos,
qui istiusmodi sint, celebrem esse, inane quiddam. quin ergo
exspectas placidus, vel extinctionem tui, vel translationem?
istius tempus donec obuenerit, quid suffecerit, nisi ut deos
colas celebresque, hominibus benefacias, sustineas eos eis-
demque abstineas; meminerisque, ea omnia, quae ext. a cor-
pusculi animulaeque tuae terminos consistunt, nec tua esse,
nec in potestate tua sita?

34. Prospere tibi res tuae sunt perpetuo processurae, si
rite incedere potueris, rectaque methodo et opinari et agere.
communia sunt animae ratione praeditae, siue dei, siue ho-
minis, siue alius alicuius animantis duo ista: alterum, quod
ab alia re nulla possit impediri; alterum, quod in *animi* ad-
fectione actioneque iusta bonum suum situm habeat, nec vi-
tra haec quidquam appetere necesse habeat.

35. Si nec aut vitiositas haec mea sit, aut effectum vi-

κατὰ κακίαν ἐμὴν, μήτε τὸ κοινὸν βλάπτεται, τί ὑπὲρ αὐτῆ διαφέρομαι; τίς δὲ βλάβη τῆ κοινῆ;

λς'. Μὴ ὀλοχερῶς τῇ Φαντασίᾳ συναρπάζεσθαι· ἀλλὰ βοηθεῖν μὲν κατὰ δύναμιν καὶ κατ' ἀξίαν. καὶ εἰς τὰ μέσα ἐλαττῶνται, μὴ μέντοι βλάβην αὐτὸ Φαντάζεσθαι. κακὸν γὰρ ἔθος. ἀλλ' ὡς ὁ γέρον ἀπελθὼν τὸν τῆ θρέπτου ῥόμβον ἀπῆται, μεμνημένος, ὅτι ῥόμβος· ἔτις ἦν καὶ ὧδε. ἐπεὶ τοι γίνῃ καλῶν ἐπὶ τῶν ἐμβόλων· ἄνθρωπε, ἐπελάθῃ, τί ταῦτα ἦν; ναί· ἀλλὰ τούτοις περισπᾶσα. διὰ τῆτ' ἦν καὶ σὺ μαρὸς γένῃ; ἐγενόμην ποτὲ ὁπδὴποτε καταλειφθεὶς, εὐμοῖρος ἄνθρωπος· τὸ δὲ εὐμοῖρος, ἀγαθὴν μοῖραν σταντῶ ἀπονείμας· ἀγαθαὶ δὲ μοῖραι, ἀγαθαὶ τροπαὶ ψυχῆς, ἀγαθαὶ ὅρμαι, ἀγαθαὶ πράξεις.

tiositatis meae; nec communitas ea laeditur, cur de re ista ipse differor? communitatem autem quid laeferit?

36. Ne imaginatione vlla temere abripiaris: sed *opis tuae indigis*, prout potes et par est, opem feras. nec si in rebus mediis hisce detrimentum sustinuerunt, ideo laedi eos existimes. nihil enim mali subest. sed quemadmodum senex discedens alumni turbinem, poscebat, quum turbinem tamen, *hoc est. ludicrum quiddam*, esse meminisset: ita et istic te geras. ad rostra vbi declamitans fueris, an oblitus es, homo, haec quidnam sint? memini satis, inquis: verum ea sunt, in quibus isti pretium studiumque ponunt. num ergo et te fatuum esse necesse est, *quia illi sunt?* quocumque loco deprehensus, felix esse poteris. felix est autem, qui sortem sibi bonam comparauerit. fors vero bona, si, quid sit, quaeras, ea moribus bonis, motibus bonis, bonis denique actionibus constat.

ΒΙΒΛΟΣ Ξ΄.

Η τῶν ὅλων ἔσθια, εὐπειθής καὶ εὐτρεπής· ὁ δὲ ταύτην διοικῶν λόγος ἡδεμίαν ἐν ἑαυτῷ αἰτίαν ἔχει τῆ κακοποιεῖν κακίαν γὰρ ἔκ ἔχει, ἡδὲ τι κακῶς ποιεῖ, ἡδὲ βλάπτεται τι ὑπ' ἐκείνου. πάντα δὲ κατ' ἐκείνου γίνε-
ται καὶ περαίνεται.

β'. Μὴ διαφέρει, πότερον ῥιγῶν ἢ θαλπόμενος τὸ πρέπον ποιεῖς· καὶ πότερον νυσάζων, ἢ ἱκανῶς ὕπνῳ ἔχων· καὶ πότερον κακῶς ἀκύν, ἢ εὐφημύμενος· καὶ πότερον ἀποθνήσκων, ἢ πράττων τι ἄλλοιον. μία γὰρ τῶν βιωτικῶν πράξεων καὶ αὕτη ἐστὶ, καδ' ἦν ἀποθνήσκωμεν· ἀρκεῖ ἔν καὶ ἐπὶ ταύτης τὸ παρὸν εὖ θεόσαι.

γ'. Ἔσω βλέπε· μηδενὸς πράγματος μῆτε ἡ ἰδία ποιότης, μῆτε ἡ ἀξία παρατρεχέτω σε.

δ'. Πάντα τὰ ὑποκείμενα τάχιστα μεταβάλλει, καὶ ἥτοι ἐκδυμιαθήσεται, εἴπερ ἦνται ἡ ἔσθια, ἢ σκε-
δαθήσεται.

LIBER VI.

Vniuersi materia obsequens est et parere prompta: mens reatrix eiusdem, nullam in se maleficii causam habet: quum malitiam in se nullam habeat; neque malefacit cuiquam, nec ab ea quidquam laeditur. secundum hanc vero fiunt et perficiuntur vniuersa.

2. Pari loco habeas, frigore rigens, an calore totus, quod est officii tui, feceris: item vtrum dormituriens, an somni satur; male audiens, an collaudatus; moriens itidem, an aliud quid agens. nam ex vitae huius officiis hoc est etiam, quod morimur; et in hoc ergo sufficit, quod prae manibus est, rite disponere.

3. Introspecte, caueque, ne rei cuiusquam qualitas dignitasue propria te fugiat.

4. Praesentia haec omnia quam citissime mutabuntur; et vel in exhalationem abibunt, (siquidem vnita sit *verum* *omnium* substantia) vel dissipabuntur.

δ'. Ὁ διοικῶν λόγος οἶδε, πῶς διακείμενος, καὶ τί ποιῇ, καὶ ἐπὶ τίνος ὕλης.

ε'. Ἀριστος τρόπος τοῦ αἰμύνεσθαι, τὸ μὴ ἐξομοῦσθαι.

ζ'. Ἐνὶ τέρεπῃ καὶ προσαναπαύῃ, τῷ ἀπὸ πράξεως κοινωνικῆς μεταβαίνειν ἐπὶ πράξιν κοινωνικὴν, συν μνήμῃ θεῷ.

η'. Τὸ ἡγεμονικόν ἐστὶ, τὸ ἑαυτὸ ἐγείρον καὶ τρέπον, καὶ ποιῶν μὲν ἑαυτὸ, οἷον ἂν καὶ θέλῃ, ποιῶν δὲ ἑαυτῷ φαίνεσθαι πᾶν τὸ συμβαῖνον, οἷον αὐτὸ θέλει.

θ'. Κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἕκαστα περαίνεται, ἢ γὰρ κατ' ἄλλην γέ τινα φύσιν, ἥτοι ἔξωθεν περιέχσαν, ἢ ἐμπεριεχομένην ἔνδον, ἢ ἔξω ἀπηρητημένην.

ι'. Ἦτοι κυκεῶν, καὶ ἀντεμπλοκή, καὶ σκεδασμός· ἢ ἔνωσις καὶ τάξις, πρόνοια. εἰ μὲν ἔν τὰ πρότερα, τί καὶ ἐπιθυμῶ, εἰκαίω συγκρίματι καὶ φερμῶ τοιᾶντ' ἐνδιατρίβειν; τί δέ μοι καὶ μέλει ἄλλῃ τινός, ἢ τῇ ὅπως

5. Nouit mens vniuersi rectrix, quomodo se habeat, quid faciat, et in qua materia versetur.

6. Optimus iniuriam vlciscendi modus est, inferenti ne sis similis.

7. Hoc vno te oblecta, in eoque adquiesce, vt ab vna, quae communitatem iuuet, actione ad alteram transeas, numinis memor.

8. Pars animae principalis se fuscitat, se vertit; se facit, qualem ipsa voluerit; quaeque contingunt quaelibet, talia sibi videri facit, qualia ipsa voluerit.

9. Secundum vniuersi naturam perficiuntur singula, neque enim secundum aliam vllam, quae vel exterius contineat, vel interius contineatur, vel extra etiam quasi appensa sit.

10. Vniuersum aut est cinnus quidam rerum, nunc concursu fortuito inuicem implexarum, mox dissipatarum denuo: aut est compages rerum in vnum ordine iusto conuenientium, quae prouidentia regatur. si prius illud, quid est, quod desiderem in temeraria miscela colluvieque istiusmodi *ultrius* commorari? aut cur aliud quidquam mihi curae sit, quam

ποτέ αἶα γίνεσθαι; τί δὲ καὶ ταράσσομαι; ἤξει γὰρ ἐπ' ἐμὲ ὁ σκεδασμός, ὃ τι ἂν ποιῶ· εἰ δὲ θάτερά ἐστι, σέβω καὶ εὐσαθῶ, καὶ θαρρῶ τῷ διοικῶντι.

ιδ'. Ὅταν ἀναγκαδῆς ὑπὸ τῶν περιεσηκόντων οἶον· εἰ διαταραχθῆναι, ταχέως ἐπάνιθι εἰς ἑαυτὸν, καὶ μὴ ὑπὲρ τὰ ἀναγκαῖα ἐξίσασο τῷ ῥυθμῷ, ἔση γὰρ ἐγκρατέσεως τῆς ἀρμονίας, τῷ συνεχῶς εἰς αὐτὴν ἐπανερχεσθαι.

ιβ'. Εἰ μητρυιάν τε ἅμα εἶχες καὶ μητέρα, ἐκβῆναι τ' ἂν ἐθεράπευες, καὶ ὅμως ἡ ἐπάνοδος σοι πρὸς τὴν μητέρα συνεχῆς ἐγίνετο. τῆτό σοι νῦν ἐστὶν ἡ αὐλὴ καὶ φιλοσοφία· ὥδε πολλάκις ἐπάνιθι, καὶ προσαναπαύς ταύτη, δι' ἣν καὶ τὰ ἐκῆ σοι ἀνεκτὰ φαίνεται, καὶ σὺ ἐν αὐτοῖς ἀνεκτός.

ιγ'. Οἶον δὴ τὸ φαντασίαν λαμβάνειν ἐπὶ τῶν ὄψων καὶ τῶν τοιῶντων ἐδωδύμων· ὅτι νεκρὸς ἄτος ἰχθύος, ἄτος δὲ νεκρὸς ὄρνιθος, ἡ χοίρεα καὶ πάλιν, ὅτι ὁ Φάλερος χυλαίριόν ἐστι σαφυλίσ· καὶ ἡ περιπόρφυρος, τριχία προβατίς, αἱματίω κόγχῃς δεδευμένα· καὶ ἐπὶ

vt quoquo modo in terram redigar? quorsum etiam perturbor? quidquid enim egero, superueniet aliquando dissipatio. sin quod posterius est positum, rectorem veneror, eodemque fretus, firmus animi confisto.

11. Si quando a rebus circumstantibus per vim quamdam adactum perturbari te senseris, cito ad te redi, nec plus, quam necesse est, ab *animi* tenore congruo recede. tenoris enim seruandi valentior fies, ad eum iugiter recurrēdo.

12. Si nouercam simul matremque haberes, etiamsi et illam coleres, ad istam tamen frequentissime te reciperes. harum instar habeant apud te aula et philosophia: ad hanc saepius accede, hac quiesce, cuius ope, quum, quae ibi occurrunt, tibi futura sunt toleratu facilia, tum et ipse in eis toleratu facilis.

13. De obsoniis atque eduliis eiusmodi cogitare licet, hoc piscis esse cadauer, hoc auis, hoc suis: ac rursus de Falerno, esse vuulae succum; de purpura, esse ouiculae capillos, conchylii cruore tinctos; de coitu, esse intestini frictio-

τῶν κατὰ τὴν συνουσίαν, ἐντερὶς παρὰ τρεῖς, καὶ μετὰ
 τινος σπασμῶ μυξαρὶς ἐκκρίσις· οἷαν δὲ αὐταὶ εἰσιν αἱ
 Φαντασίαι, καθικνύμεναι αὐτῶν τῶν πραγμάτων καὶ διεξ-
 ἴσσαι δι' αὐτῶν, ὥστε ὁρᾶν, αἰτινά ποτ' ἐστίν· ἔτι δὲ
 παρ' ὅλον τὸν βίον ποιεῖν, καὶ ὅπῃ λίαν ἀξιοπιστότατα
 πράγματα Φαντάζεται, ἀπογυμνῶν αὐτὰ, καὶ τὴν εὐ-
 τέλειαν αὐτῶν καθορᾶν, καὶ τὴν ἰσορίαν, ὅψ' ἢ σεμνύ-
 νεται, περιαιρεῖν. δεινὸς γάρ ὁ τύφος παραλογιστῆς
 καὶ ὅτε δοκεῖς μάλιστα περὶ τὰ σπῆδαῖα καταγίνεσθαι,
 τότε μάλιστα καταγοητεύει. ὅρα γὰρ, ὁ Κράτης τί περὶ
 αὐτῶ τῷ Ξενοκράτῃ λέγει.

ιδ'. Τὰ πλεῖστα, ὧν ἡ πληθὺς θαυμάζει, εἰς γε-
 νικώτατα ἀνάγεται, τὰ ὑπὸ ἕξως ἢ φύσεως συνεχί-
 μενα, λίθους, ξύλα, συκάς, ἀμπέλους, ἐλαίας· τὰ δὲ
 ὑπὸ τῶν ὀλίγων μετριοτέρων, εἰς τὰ ὑπὸ ψυχῆς, οἷον,
 ποίμνας, ἀγέλας· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἔτι χαριεστέρων, εἰς
 τὰ ὑπὸ λογικῆς ψυχῆς, ὅς μέντοι καθολικῆς, ἀλλὰ κα-
 θὸ τεχνικῆς, ἢ ἄλλως πῶς ἐντρεχῆς, ἢ κατὰ ψιλόν, τὸ

nem, mucique cum convulsione quadam excretionem: cogi-
 tationes enim istae ita res ipsas attingunt, easdemque perua-
 dunt, ut, quatenus eae sint, penitus per hoc cernere detur.
 ad eundem modum per vitam totam agendum est, ut res et-
 iam, quae comprobata dignissimae videbuntur, prorsus denu-
 demus, vilitatemque earum intueamur, et tollamus eam, qua
 euehi solent, narrationis pompam omnem. gravis enim im-
 postor factus est; et tum maxime effascinat, quum circa ea
 quis versatur, quae studio digna videntur. Vide igitur, de
 Xenocrate ipso Crates quod dixerit.

14. Eorum, quae vulgus hominum admiratur, pleraque
 ad generalissima rerum capita referuntur, quae vel forma
 mera, vel natura, continentur; qualia sunt lapides, ligna,
 ficus, vites, oleae: quae autem moderatiores paullo suspi-
 ciunt, ad ea referuntur, quae anima sunt praedita, veluti
 greges, et armenta: quae vero politiores adhuc adficiunt, ad
 ea pertinent, quae anima continentur rationali, non quidem
 uniuersali illa, sed qua artium cultrix, aliasue solers existit,

πληθος ἀνδραπόδων κερτῆσθαι. ὁ δὲ ψυχὴν λογικὴν καθολικὴν καὶ πολιτικὴν τιμῶν, εἰδὲν ἔτι τῶν ἄλλων ἐπιτρέφεται· πρὸ πάντων δὲ τὴν αὐτῆς ψυχὴν λογικῶς καὶ κοινωνικῶς ἔχουσιν, καὶ κινέμεναι διασώζει, καὶ τῷ ὁμογενεῖ εἰς τὸτο σύνεργεῖ.

14. Τὰ μὲν σπεύδει γίνεσθαι, τὰ δὲ σπεύδει γεγονέναι, καὶ τῆ γινομένης δὲ ἤδη τι ἀπέσβη· ῥύσεις καὶ ἀλλοιοῦσις ἀνανεῶσι (τὸν ἀπείρον αἰῶνα) τὸν κόσμον διηνεκῶς, ὥσπερ ἡ τοῦ χρόνου ἀδιάλειπτος Φορὰ νέον αἰὲ παρέχεται. ἐν δὲ τῷ τῷ ποταμῷ τί ἂν τις τῶν τῶν παραθεόντων ἐκτιμήσειεν, ἐφ' ᾧ εἴηται ἐκ ἔξουσιν; ὥσπερ εἴ τις τι τῶν παραπετομένων τρεθίων Φιλῆν ἀρχοτο· τὸ δ' ἤδη ἐξ ὀφθαλμῶν ἀπελήλυθεν. τοῖσιν δὲ τι καὶ αὐτὴ ἡ ζωὴ ἐκάσθ, οἷον ἡ ἀφ' αἵματος ἀναθυμίασις, καὶ ἡ ἐκ τοῦ ἀέρος ἀνάπνευσις. ὁποῖον γάρ ἐστι τὸ ἀπαξ ἐλκῦσαι τὸν ἀέρα καὶ ἀποδῆναι, ὅπερ παρέκασον ποῖσμεν, τοῖσιν ἐστι καὶ τὸ τὴν πᾶσαν ἀναπνευστικὴν δύναμιν, ἣν χθὲς καὶ πρῶν ἀπο-

aut qua mere talis, vt seruitiorum turbam possidere. caeterum qui animam rationalem vniuersalem ac ciuilem veneratur, is, reliquis rebus omnibus insuper habitis, in hoc praecipue incumbit, vt animam in eo statu suam conferuet, quo rationi ac communioni consentaneae se habeat geratque, et congeneri suo *cuiuslibet*, vt hoc ipsum praestet, operam itidem mutuatur suam.

15. Quaedam fieri properant, quaedam fuisse: et illius etiam, quod fit, aliquid iam abscessit. fluxus et mutationes mundum perpetim renouant, sicut temporis successio nunquam intermissa aeuum interminatum exhibet nouum subinde. in hoc igitur flumine, in quo consistere non datur, quorum quis horum sic praeterlabentium quidquam in pretio habeat? perinde ac si auicularum praeteruolantium aliquam diligere quis inciperet, quum ea e conspectu statim abscesserit. huiusmodi res est et vita cuiusque, quasi exhalatio nempe quaedam a sanguine orta, et ab aëre spiritus attractio. quale enim quiddam est aërem semel traxisse, mox reddere, quod momentis singulis facimus; tale quiddam est et totam illam respirandi facultatem, quam heri et nudius

τεχθεῖς ἐκτίσω, ἀποδοῦναι ἐκῆ, ὅθεν τὸ πρῶτον ἔσπασας.

ἰς'. Τίμον, οὔτε τὸ διαπνεῖσθαι, ὡς τὰ φυτά· ἔτε τὸ ἀναπνεῖν, ὡς τὰ βοσκήματα καὶ τὰ θηρία· ἔτε τὸ τυπᾶσθαι κατὰ φαντασίαν· ἔτε τὸ νευροσπασεῖσθαι κατ' ὁρμήν· ἔτε τὸ συναγελάζεσθαι, ἔτε τὸ τρέφεσθαι· τοῦτο γάρ ὅμοιον τῷ ἀποκρίνειν τὰ περιττώματα τῆς τροφῆς. τί ἔν τίμον; τὸ κροτεῖσθαι; ἐχί. ἐκὲν ἐδὲ τὸ ὑπὸ γλωσσῶν κροτεῖσθαι· αἱ γὰρ παρὰ τῶν πολλῶν εὐφημία, κρότος γλωσσῶν. ἀφῆκας ἔν καὶ τὸ δοξάριον, τί καταλείπεται τίμον; δοκῶ μὲν, τὸ κατὰ τὴν ἰδίαν κατασκευὴν κινεῖσθαι, καὶ ἴσκεισθαι, ἐφ' ὃ καὶ αἱ ἐπιμέλειαί ἄγχσι καὶ αἱ τέχνηαι. ἥ τε γὰρ τέχνη πᾶσα τῷτο σοχάζεται, ἵνα τὸ κατασκευαῶν ἐπιτηδείως ἔχῃ πρὸς τὸ ἔργον, πρὸς ὃ κατεσκευάσαι· ὃ τε φυτρεγὸς ὁ ἐπιμελόμενος τῆς ἀμπέλους, καὶ ὁ πωλοδάμνης, καὶ ὁ τῷ κυνὸς ἐπιμελόμενος, τῷτο ζητεῖ. αἱ δὲ παιδαγωγία, αἱ διδασκαλία ἐπὶ τί σπεύδουσιν; ὧδε ἔν τὸ

tertius in ortu acceperas, eo redornare, vnde primo haureras.

Non est aestimatione multa dignum, aut perspirari, quod et plantarum est; aut respirare, quod et pecudum et belluarum est; aut a sensibus rerum imagines impressas admittere; aut ab adfectibus sigillarium instar impelli; aut gregatim conuenire; aut nutriri: hoc enim perinde est, atque alimentum, quod est superfluum, excernere. ecquid est igitur, quod pretio aliquo dignum sit? num plausibus excipi? nequaquam. itaque nec linguarum strepitu excipi. quid enim sunt aliud vulgi acclamationes, quam linguarum strepitus? ita quum et gloriolam missam feceris, quod tandem supererit pretio dignum? hoc unum opinor, secundum conditionis suae rationem moueri, seque sistere, hoc est, ad quod studia reliqua artesque nos ducunt. omnis enim ars ad hoc collineat, ut, quidquid producit, ad opus illud aptum sit, ad quod productum est. si quidem hoc vinitor, qui vites colit, hoc, qui equos domat, hoc, qui canes curat, intendit. quin et puerorum institutiones et disciplinae ad quid aliud contendunt? istic ergo re-

τίμιον. καὶ τὸτο μὲν ἂν εὖ ἔχη, ἔδὲν τῶν ἄλλων περιποιήσῃ σεαυτῷ. ἢ παύσῃ καὶ ἄλλα πολλὰ τιμῶν; οὔτ' οὖν ἐλεύθερος ἔσῃ, οὔτε αὐτάρεκτος, οὔτε ἀπαθής. ἀνάγκη γὰρ φθονεῖν, ζηλοτυπεῖν, ὑφορᾶσθαι τὴν ἀφελέσθαι ἐκείνα δυναμένους, ἐπιβηλεύειν τοῖς ἔχουσι τὸ τιμώμενον ὑπὸ σ'· ὅλως πεφύρεσθαι ἀνάγκη τὸν ἐκείνων τινὸς ἐνδεῆ· προσέτι δὲ πολλὰ καὶ τοῖς θεοῖς μέμψεσθαι· ἢ δὲ τῆς ἰδίας διανοίας αἰδῶς καὶ τιμῇ σεαυτῷ τε ἀρετὸν σε ποιήσῃ, καὶ τοῖς κοινωνικοῖς εὐάρμοστον, καὶ τοῖς θεοῖς σύμφωνον, τετέστιν, ἐπαινῶντα, ὅσα ἐκείνοι διανέμει, καὶ διατετάχασιν.

ἰζ'. Ἄνω, κάτω, κύκλῳ, Φορᾷ τῶν στοιχείων. ἢ δὲ τῆς ἀρετῆς κίνησις ἐν ἑδεμῶ τέττων, ἀλλὰ θειότερόν τι, καὶ ὁδῷ δυσεπινοήτῳ προῖσα εὐοδεῖ.

ἱθ'. Οἷόν ἐστιν, ὃ ποιῶσιν; τὴν μὲν ἐπὶ τῇ αὐτῇ χροῖν, καὶ μεθ' ἑαυτῶν ζῶντας ἀνθρώπους εὐφημεῖν ἢ θέλῃσιν· αὐτοὶ δὲ ὑπὸ τῶν μεταγενεσέων εὐφημηθῆναι, ἃς ἔτε εἶδον ποτὲ, ἔτε ὄψοντα, περὶ πολλῶν ποιῶν-

peritur, quod in pretio sit habendum. atque hoc bene si habuerit, nihil aliud, quod adquiras, opus erit. non tu defines tandem in pretio alia multa habere? nec liber itaque futurus es, nec tibi sufficies, nec perturbationibus immunis eris. etenim necesse erit invidere, aemulari, eos suspectos habere, qui his priuare te possunt, eis struere insidias, qui id, quod tu tanti aestimas, possident. omnino necesse erit, macerari te, vbi horum tibi aliquid defuerit; et de diis etiam saepenumero conqueri. at contra mentem propriam si in veneratione ac honore habueris, et tibi gratum id te faciet, et communioni accommodum, et diis consentientem, dum, quaecumque illi attribuant ac constituunt, laudas.

17. Sursum, deorsum, in orbem feruntur elementa. virtutis vero motus nulla harum via fertur. sed diuinius est quiddam; viaque haud facili apprehensu progrediens, prospere semper procedit.

18. Quale, quaeso, hoc est, quod faciunt homines? eos, qui eodem secum tempore viuunt, laudare quum renuant, ipsi a posteris, qui eos nec norint vquam, nec viderint, ce-

ται. τῆτο δὲ ἐγγύς ἐστι τῷ λυπηθῆναι ἂν, ὅτι ἐχὼ καὶ οἱ προγενέστεροι περὶ σε λόγους εὐφήμως ἐποιῶντο.

ΙΘ'. Μὴ, εἰ τι αὐτῷ σοι δυσκαταπόνητον, τῆτο ἀνθρώπῳ ἀδύνατον ὑπολαμβάνειν· ἀλλ' εἰ τι ἀνθρώπῳ δυνατόν καὶ οἰκῆιον, τῆτο καὶ σεαυτῷ ἐφικτὸν νόμιζε.

Κ'. Ἐν τοῖς γυμνασίοις καὶ ὄνυξι κατέδρευψέ τις, καὶ τῇ κεφαλῇ ἐρραγεῖς πληγὴν ἐποίησεν. ἀλλ' οὔτε ἐπισημαινόμεθα, ὅτε προσκίπτομεν, οὔτε ὑφορώμεθα ὕστερον, ὡς ἐπίβηλον· καίτοι φυλαττόμεθα, ὃ μέντοι ὡς ἐχθρὸν, ὃ δὲ μεθ' ὑποψίας, ἀλλ' ἐκκλίσεως εὐμενῆς. τοιούτων τοι γενέσθω, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς μέρεσι τῷ βίῳ πολλὰ παρενθυμώμεθα, τῶν οἷον προσγυμναζομένων. ἔξῃς γὰρ, ὡς ἔφην, ἐκκλίνειν, καὶ μηδὲ ὑποπτεύειν, μηδὲ ἀπέχθεσθαι.

ΚΑ'. Εἴ τις μὲ ἐλέγξαι, καὶ παρασησά μοι, ὅτι ἐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνω ἢ πράσσω, δύναται, χαίρων μεταθήσομαι· ζητῶ γὰρ τὴν ἀλήθειαν, ὑφ' ἧς ἔδεις

lebrari plurimi faciunt. hoc autem idem est prope, ac si quis contristaretur, quia homines prisci encomiis eum non fuit persecuti.

19. Noli, si quid tibi fuerit effectu difficile, opinari *ideo*, hominem nullum id posse. Sed si quid fuerit quod possit quisquam, hominisque sit munus, id te quoque adsequi posse existimes.

20. Inter exercendum si quis vnguibus lancinauerit, aut capite adliso plagam impegit, nullam indignationis notam edimus, nec offendimur, nec tamquam insidiatorem deinceps suspectum hunc habemus. cauemus tamen nobis ab eo, quantum possumus, sed nec tamquam ab hoste, aut tamquam suspicaces, verum ita, ut animo pacato declinemus tantum. eodem plane modo et in reliqua nos vita geramus: ne aduertamus illis animum, quae ab eis, qui *nobiscum in vita* quasi committuntur, *huiusmodi* multa contingunt. licet enim *illos*, ut dixi, cauere et declinare citra suspicionem ullam, aut odium.

21. Si quis conuincere me poterit, palamque mihi facere, quod in re vlla minus recte vel sentiam, vel me geram, laeto lubentique animo mutabo. sector enim veritatem, a

πώποτε ἐβλάβη. βλάπτεται δὲ ὁ ἐπιμένων ἐπὶ τῆς ἑαυ-
τῆ ἀπάτης καὶ ἀγνοίας.

κβ'. Ἐγὼ δὲ ἑμαυτῆ καθῆκον ποιῶ· τὰ ἄλλα
μὲν ἔπεριεπαῖ· ἦτοι γὰρ ἄψυχα, ἢ ἄλογα, ἢ πεπλά-
νημένα, καὶ τὴν ὁδὸν ἀγνοῶντα.

κγ'. Τοῖς μὲν ἀλόγοις ζώοις καὶ καθόλου πρᾶγ-
μασι καὶ ὑποκειμένοις, ὡς λόγον ἔχων, λόγον μὴ ἔχα-
σι, χρῶ μεγαλοφρόνως καὶ ἐλευθέρως. τοῖς δὲ ἀνθρώ-
ποις, ὡς λόγον ἔχουσι, χρῶ κοινωνικῶς. ἐφ' ἅπασιν δὲ
θεὸς ἐπικαλεῖ· καὶ μὴ διαφέρει πρὸς τὸ πόσω χρόνῳ
ταῦτα πράττει· ἀρκῶσι γὰρ καὶ τρεῖς ὥραι τοιαῦτα.

κδ'. Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, καὶ ὁ ὀρεωκόμος
αὐτῆ, ἀποθανόντες εἰς ταῦτ' ἐκατέστησαν· ἦτοι γὰρ
ἐλήφθησαν εἰς τῆς αὐτῆς τῆ κόσμου σπερματικῆς λό-
γης· ἢ διεσκεδάσθησαν ὁμοίως εἰς τὰς ἀτόμους.

κε'. Ἐνθυμήθητι, πόσα κατὰ τὸν αὐτὸν ἀκα-
ριαῖον χρόνον ἐν ἐκάστῳ ἡμῶν ἅμα γίνεται, σωματικὰ
ὁμῶ καὶ ψυχικὰ· καὶ ὅτως ἔθαυμάσεις, εἰ πολὺ πλείω,

qua nemo unquam laesus est. laeditur vero, qui in errore
suo et ignorantia persistit.

22. Ego, quod mei est officii, exsequor. reliqua me neu-
tquam sollicitum habent. aut enim anima, aut ratione ca-
rent, aut aberrantia sunt, viaeque nescia.

23. Animantibus, adeoque omnibus in uniuersum rebus
ac subiectis rationis exfortibus, utpote ratione praeditus ipse
qui sis, magno liberoque utaris animo. homines vero, quum
rationis sint tecum participes, tamquam societate tibi con-
iunctos habeas. in cunctis vero opem diuinam aduoces: nec
interesse existimes, quamdiu haec facturus sis: fuissecerint
enim sic exactae vel horae tres.

24. Alexander Macedo, eiusdemque mulio, quum mor-
tui sint, ad idem plane redacti sunt. vel enim in easdem
mundi rationes seminales recepti, vel in atomos pariter sunt
dissipati.

25. Cogita tecum, quot intra nostrum unumquemque,
et tam in corpore, quam et in anima, vno eodemque tem-
poris momento simul fiant. ita fiet, ne miraculo sit, si multo

μᾶλλον δὲ πάντα τὰ γινόμενα ἐν τῷ ἐνί τε καὶ σύμπαντι, ὃ δὴ κόσμον ὀνομάζομεν, ἅμα ἐνυφίσταται.

κς'. Ἐάν τις σοὶ προβάλη, πῶς γράφεται τὸ Ἀντωνίνος ὄνομα, μήτι κατεντεινόμενος προσίῃ ἕκαστον τῶν στοιχείων; τί ἂν εἰάν ὀργίζωνται, μήτι ἀντοργιῇ; μήτι ἐκ ἐξαριθμύσεως πράως προῖων ἕκαστον τῶν γραμμάτων; ὅτως ἔν καὶ ἐνθάδε μέμνησο, ὅτι πᾶν καθῆκον ἐξ ἀριθμῶν τινων συμπληρῆται. τέτρες δὲ τηρῆντα, καὶ μὴ θορυβέμενον, μηδὲ τοῖς δυσχεραίνουσιν ἀντιδυσχεραίνοντα, περαίνειν ὁδῶ τὸ προκειμένον.

κζ'. Πῶς ὁμόν ἐστι, μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἀνθρώποις, ὀρμᾶν ἐπὶ τὰ φαινόμενα αὐτοῖς οἰκεῖα καὶ συμφέροντα. καίτοι τρόπον τινὰ οὐ συγχωρεῖς αὐτοῖς τῆτο ποιεῖν, ὅταν ἀγανακτεῖς, ὅτι ἀμαρτάνουσι. Φέρονται γὰρ πάντως ὡς ἐπὶ οἰκεῖα καὶ συμφέροντα αὐτοῖς. ἀλλ' ἐκ ἔχει οὕτως. ἔκῃν δίδασκε, καὶ δείκνυε μὴ ἀγανακτῶν.

κη'. Θάνατος ἀνάπαυλα αἰσθητικῆς ἀντιτυπίας,

plura, vel cuncta potius, quae fiunt, in hoc vno, quem mundum vtiqve vocamus, vniuerso, simul producuntur.

26. Si quis te rogauerit, Antonini nomen quomodo scribatur, numquid cum vocis intentione elementa singula profferes? quid igitur? si irascuntur tibi, num tu vicissim illis succensebis? et non potius literas singulas placide enumerare perges? proinde et istic pari modo memineris, officium omne quasi numeris quibusdam absolui: quibus obseruatis, oportet te nec perturbatum, nec indignationem alia indignatione pensantem, sed recta pergentem, perficere, quod prae manibus est.

27. Crudele quiddam est, non permittere hominibus, ut ad ea ferantur, quae ad se pertinere, sibiqve conducere opinantur. atqui hoc tu illis quodammodo non permittis facere, quum peccare illos aegre fers. feruntur enim prorsus, *quum peccant*, ad ea, de quibus ipsi sic opinantur. Verum res, *inquis*, aliter se habet. tu itaque illos doce, erroremque illis ostende, sed absque iracundia.

28. Mors finem imponit sensuum impressioni, et adse-

καὶ ὀρεμνητικῆς νευροσπατείας, καὶ διανοητικῆς διεξόδου,
καὶ τῆς πρὸς τὴν σάφεα λειτουργίας.

κθ'. Αἰχρὸν ἐστὶ, ἐν ᾧ βίω τὸ σῶμά σοι μὴ ἀπαυ-
δᾷ, ἐν τῷ τὴν ψυχὴν προαπαυδᾷν.

λ'. Ὅρα, μὴ ἀποκαισαρωθῆς, μὴ βαφῆς· γίνεται
γάρ. τήρησαι ἑν σεαυτὸν ἀπλῶν, ἀγαθόν, ἀκέραιον, σε-
μνόν, ἀκομφον, τῷ δικαίᾳ φίλον, θεοσεβῆ, εὐμενῇ, φι-
λόσογον, ἐρρωμένον πρὸς τὰ πρέποντα ἔργα. ἀγώνισαι,
ἵνα τοιοῦτος συμμείνης, οἷόν σε ἠθέλησε ποιῆσαι φιλο-
σοφία. αἰδῶ θεός, σῶζε ἀνθρώπους. βραχύς ὁ βίος·
εἰς καρπὸς τῆς ἐπιγείης ζωῆς, διάθεσις οἷα, καὶ πρά-
ξεις κοινωνικαί. πάντα, ὡς Ἀντωνίνῃ μαθητής· τὸ ὑπὲρ
τῶν κατὰ λόγον πρassoμένων εὐτονον ἐκείνῃ, καὶ τὸ
ὁμαλὲς πανταχῷ, καὶ τὸ ὅσιον, καὶ τὸ εὐοδῶν τῷ πρasso-
ώπῃ, καὶ τὸ μειλίχιον, καὶ τὸ ἀκενόδοξον, καὶ τὸ περὶ
τὴν κατάληψιν τῶν πραγμάτων φιλότιμον· καὶ ὡς ἐκεί-
νος ἔκ ἂν τι ὅλως παρῆκεν, μὴ πρότερον εὖ μάλα κατ-
ιδῶν καὶ σαφῶς νοήσας· καὶ ὡς ἔΦερεν ἐκεῖνος τοὺς

Et tuum impulsui, et mentis discursui, et obeundo circa car-
nem ministerio.

29. Turpe est in vitae tuae instituto, prius animam tibi
deficere, quam corpus deficiat.

30. Caue, ne in mores caesareos transeas, ne inficiaris:
solet enim hoc fieri. itaque serua te simplicem, bonum, inte-
grum, grauem, serium, iusti amantem, pium, placidum, adfe-
ctū genuino praeditum, in officio praestando strenuum. con-
tende, talis ut persistas, qualem facere te philosophia vole-
bat. Deos verere, homines tuere. brevis est vita. fructus
vnus hic terrestris vitae istius, dispositio pia, actioque bene-
fica. Tamquam Antonini discipulus, *fac*, quaecumque *facis*.
imitare constantem illius in rebus rite gestis tenorem, in
cunctis aequabilitatem, pietatem, vultus serenitatem, comita-
tem, gloriae inanis contemptum, in rebus indagandis stu-
dium; utque nihil omnino praeterierit, priusquam sedulo
confiderasset et liquido perspexisset: utque tulerit immerito

ἀδίκως μεμφομένους, μὴ ἀντιμεμφόμενος· καὶ ὡς ἐπ' αὐ-
 δὲν ἔσπευδεν· καὶ ὡς διαβολὰς ἐκ ἐδέχετο· καὶ ὡς ἀκρι-
 βὴς ἦν ἐξεταστὴς ἡθῶν καὶ πράξεων· καὶ ἐκ ὀνειδιστῆς,
 ἔ' ψοφοδῆς, ἐκ ὑπόπτης, ἔ' σοφιστῆς· καὶ ὡς ὀλίγοις
 ἀρκέμενος, οἷον οἰκῆσαι, τρωμνῇ, ἐοδῆτι, τροφῇ, ὑπηρε-
 σία· καὶ ὡς φιλόπονος, καὶ μακρόθυμος· καὶ οἷος μὲν
 ἐν τῷ μέχρ' ἐσπέρας διὰ τὴν λιτὴν δίαταν, μηδὲ τῷ
 ὑποκρίνειν τὰ περιττώματα παρὰ τὴν συνήθη ὥραν χρη-
 ζῶν· καὶ τὸ βέβαιον καὶ ὁμοιον ἐν ταῖς φιλαίαις αὐτῷ·
 καὶ τὸ ἀνέχεσθαι ἀντιβαϊνόντων παρρησιαστικῶς ταῖς γνώ-
 μαις αὐτῷ, καὶ χαίρειν, εἰ τις δεικνύοι κρεῖττον· καὶ ὡς
 θεοσεβὴς χωρὶς δεισιδαιμονίας· ἵν' οὕτως εὐσυνειδήτω
 σοι ἐπισηὴ ἢ τελευταία ὥρα, ὡς ἐκείνῳ.

λα'. Ἀνάνηφε καὶ ἀνακαλῶ σεαυτόν· καὶ ἐξυπνι-
 δεῖς πάλιν καὶ ἐννοήσας, ὅτι ὄνειροί σοι ἠνώχλην, πᾶ-
 λιν ἐγρηγορῶς βλέπε ταῦτα, ὡς ἐκείνα ἔβλεπες.

λβ'. Ἐκ σωματίου εἰμὶ καὶ ψυχῆς. τῷ μὲν ὅν
 σωματίῳ πάντα ἀδιάφορα· ἐδὲ γὰρ δύναται διαφέρει-

reprehendentes, nec eos vicissim redarguerit. vt nihil enixe
 aut festine, molitus fuerit: vt delationes non admiserit: vt
 morum actionumque accuratus explorator fuerit; non con-
 viciator, non meticulosus, non suspiciosus, non sophista. vt
 paucis contentus, tecto nempe, strato, veste, victu, seruitio:
 vt laborum amans, irasci tardus: eodem loci ad vesperam vs-
 que, diaetae tenuis beneficio, manere potis; nec excernere,
 nisi tempore consueto, necesse habens. ad haec constantiam
 et aequabilitatem in amicitiiis colendis. vtque sententiis ipsius
 libere se opposcentes sustinuerit; gauisus etiam, si quis me-
 lius quidquam proferret. denique vt citra superstitionem
 fuerit religiosus. *haec, inquam, imitare*, vt probe conscio tibi,
 sicut illi olim, superueniat hora nouissima.

31. Expergiscere, teque reuoca. et somno excusso, vbi
 intellexeris, somnia mera fuisse, quae te conturbant, ista vi-
 gilans iam denuo intueri, quo modo illa es. intuitus, quae in
 somniis vidisti.

32. Ex corpusculo atque anima consto. corpusculo in-
 differentia sunt. omnia: neque enim res distinguere nouit.

Θαί. τῇ δὲ διανοίᾳ ἀδιάφορα, ὅσα μὴ εἰν αὐτῆς ἐνεργήματα. ὅσα δὲ γε αὐτῆς εἰν ἐνεργήματα, ταῦτα πάντα ἐπ' αὐτῇ εἰν. καὶ τέτων μέντοι, ἃ περὶ μόνον τὸ παρὸν πραγματεύεται· τὰ γὰρ μέλλοντα καὶ παρρηκότα ἐνεργήματα αὐτῆς, καὶ αὐτὰ ἤδη ἀδιάφορα.

λγ'. Οὐκ εἰν ὁ πόνος τῇ χειρὶ, οὐδὲ τῷ ποδὶ παρὰ φύσιν, μέχρις ἂν ποιῇ ὁ πῶς τὸ τῷ ποδός, καὶ ἡ χεὶρ τὰ τῆς χειρός. ἕτως ἔν ἐδὲ ἀνθρώπῳ ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ φύσιν εἰν ὁ πόνος, μέχρις ἂν ποιῇ τὰ τῷ ἀνθρώπῳ. εἰ δὲ παρὰ φύσιν αὐτῷ ἔκ εἰν, ἐδὲ κακὸν ἔκ εἰν αὐτῷ.

λδ'. Ἡλίκας ἡδονὰς ἡδῆσαν λησαί, κίναῖδοι, πατραλοῖαι, τύραννοι;

λέ'. Οὐχ ὅρᾳς, πῶς οἱ βάνηυσοι τεχνῖται ἀρμόζονται μὲν ἄρχει τινὸς πρὸς τὰς ιδιότηας, ἐδὲν ἥσσαν μέντοι ἀντέχονται τῷ λόγῳ τῆς τέχνης, καὶ τέτε ἀποστῆναι οὐχ ὑπομένουσιν; ἔ δεινὸν, εἰ ὁ ἀρχιτέκτων, καὶ ὁ ἰατρός, μᾶλλον αἰδέσονται τὸν τῆς ιδίας τέχνης λόγον, ἢ ὁ ἀνδρῶπος τὸν ἑαυτῷ, ὃς αὐτῷ κοινὸς εἰν πρὸς τὰς θεάς;

menti vero indifferentia sunt, quaecumque non sunt peculiaris eiusdem opera. quot vero sunt peculiaris eiusdem opera, haec omnia in potestate sua sita habet: et ex his etiam ea sola *ad eam pertinent*, quae circa id, quod in manibus iam est, versantur. futura enim et praeterita illius opera, et ipsa eiusdem iam sunt indifferentia.

33. Nullus est pedi, aut manui, praeter naturam labor, dum pes, quod pedis est; manus, id quod manus est, faciat, pari modo nec homini, quia homo est, labor *ulius* est praeter naturam, dum id, quod hominis est, faciat. si autem praeter naturam illi non est, nec malum est ei.

34. Quanta voluptate perfunduntur *etiam* latrones, cinaedi, parricidae, tyranni?

35. Nonne vides, ut artifices mechanici, etiam si hominibus imperitis quadantenus concedant, artis tamen suae rationem nihilominus enixe aduersus illos rueantur, nec ab ea quidquam abscedere sustineant? num ferendum ergo, architectum medicumue artis suae rationem pluris facere, quam hominem suae, quae est illi cum diis ipsis communis?

λς'. Ἡ Ἀσία, ἡ Εὐρώπη, γωνίαι τῷ κόσμῳ· πᾶν πέλαγος, σταγὼν τῷ κόσμῳ· Ἄθως βωλάριον τῷ κόσμῳ· πᾶν τὸ ἐνεσῶς τῷ χρόνῳ, στυγὴ τῷ αἰῶνος. πάντα μικρά, εὐτρεπτα, ἐναφανιζόμενα. πάντα ἐκείθεν ἔρχεται, ἀπ' ἐκείνῃ τῷ κοινῷ ἡγεμονικῷ ὁρμήσαντα, ἢ κατ' ἐπαπολέθῃσιν· καὶ τὸ χάσμα ἐν τῷ λέοντος, καὶ τὸ δηλητήριον, καὶ πᾶσα κακουργία, ὡς ἄκανθα, ὡς βόρβορος, ἐκείνων ἐπιγεννήματα τῶν σεμνῶν καὶ καλῶν. μὴ οὖν αὐτὰ ἀλλότρια τέτε, ἢ σέβεις, φαντάζεσθ' ἀλλὰ τὴν πάντων πηγὴν ἐπιλογίζεσθαι.

λς'. Ὅ τὰ νῦν ἰδὼν, πάντα εἶδρακεν, ὅσα τε ἐξ αἰδῆς ἐγένετο, καὶ ὅσα εἰς τὸ ἄπειρον ἔσαι· πάντα γὰρ ὁμογενῆ, καὶ ὁμοειδῆ.

λγ'. Πολλάκις ἐνθυμῶ τὴν ἐπισύνδεσιν πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ χέσιν πρὸς ἄλληλα. τρόπον γὰρ τινα πάντα ἀλλήλοις ἐπιπέπλεκται, καὶ πάντα κατὰ τῷτο φίλα ἀλλήλοις ἐσὶ καὶ γὰρ ἄλλω ἐξῆς ἐστὶ τῷτο, διὰ τὴν τοπικὴν κόνησιν καὶ σύμπνοιαν, καὶ τὴν ἔνωσιν τῆς ἐσίας.

36. Asia, Europa, orbis sunt anguli: mare quoduis orbis guttula: Athos mons, eiusdem glebula: tempus instans omne, punctum aevi. parua omnia, taduca, euanida. proueniunt indidem vniuersa, a mente communi illa *vel directe* profecta, vel per consequentiam necessariam; etiam rictus leonis, et venena, et noxium quiduis, sicut spina, et lutum, quae rerum illarum speciosarum ac pulchrarum appendices sunt. noli ergo ista ab eo, quem colis, aliena opinari: sed rerum vniuersarum originem tecum perpende.

37. Qui praesentia videt, cuncta vidit, tum quae ab aeterno fuere, tum quae in aeternum futura sunt. cuncta enim cognata sunt et vniiformia.

38. Perpende tecum iugiter rerum omnium, quae in mundo sunt, connexionem mutuam, quamque ad se inuicem adfectionem habeant. sunt enim omnia quodammodo sibi inuicem implexa, atque ea ratione sibi inuicem amica. alterum enim alterius consequens est, et per connexionem localem, et per conspirationem mutuam, et per materiae coniunctitatem.

λθ'. Οἷς συγκεκλήρωσαι πράγμασι, τέτοις συν-
 ἄρμωζε σεαυτὸν. καὶ οἷς συνείληχας ἀνθρώποις, τέττας
 φίλει, ἀλλ' ἀληθινῶς.

μ'. Ὁργανον, ἐργαλεῖον, σκεῦος πᾶν, εἰ, πρὸς ὃ
 κατεσκευάσαι, ποιεῖ, εὖ ἔχει. καίτοι ἐκεῖ ὃ κατασκευά-
 σας ἐκποδῶν. ἐπὶ δὲ τῶν ὑπὸ φύσεως συνεχόμενων ἐν-
 δον ἐς καὶ παραμένει ἡ κατασκευάσασα δύναμις.
 καθὼ καὶ μᾶλλον αἰδεῖσθαι αὐτὴν δεῖ, καὶ νομίζεω, ἰσοῦ
 κατὰ τὸ βέλημα ταύτης ἔχει καὶ διζαγαγῆς, ἔχει
 σοὶ πάντα κατὰ νῦν. ἔχει δὲ ἕτως καὶ τῷ παντὶ κα-
 τὰ νῦν τὰ ἑαυτῆς.

μα'. Ὅτι ἂν τῶν ἀπροαιρέτων ὑποσέσης αὐτῷ
 ἀγαθόν, ἢ κακόν, ἀνάγκη, κατὰ τὴν περίπτωσιν, τῷ
 τοιούτῳ κακῷ, ἢ τὴν ἀποτεύξιν τῷ τοιούτῳ ἀγαθῷ μέμ-
 ψασθαι σε θεοῖς, καὶ ἀνθρώποις δὲ μισῆσαι, τὴς αἰτίας
 ὄντας, ἢ ὑποπτευομένης ἔσεσθαι, τῆς ἀποτεύξεως, ἢ τῆς
 περιπτώσεως· καὶ ἀδικῆμεν δὴ πολλὰ, διὰ τὴν πρὸς
 ταῦτα διαφοράν. εἰ δὲ μόνα τὰ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὰ καὶ

39. Quibus destinatus es rebus, eis te accommoda; et
 quibuscum *vivere* fortitus es, homines eos; idque veraciter,
 fac diligas.

40. Organum, instrumentum, vas quodlibet, si id, ad
 quod conditum est, facit, bene se habet. ibi tamen opifex,
 qui condiderat, iam abiit. at in eis, quae a natura continen-
 tur, intus est, ibique refidet, quae ea condiderat, vis. proin-
 de magis illam vereri oportet; existimandumque tibi, si se-
 cundum illius voluntatem te habueris degerisque, omnia tibi
 ex animi sententia se habere. sic autem et vniverſo ex animi
 sententia sui habent se sua.

41. Si quid eorum, quae extra arbitrium tuum sunt,
 bonum malumue esse praefumseris, necesse erit, vt, vbi
 istiusmodi vel in malum incideris, vel bono excideris, deos
 incuses, oderis homines, qui horum alterutrius tibi vel au-
 ctiores fuerint, vel etiam fore suspicaris. quin et multa ini-
 que agimus, dum ad ista contendimus. at si ea sola, quae
 arbitrii sunt nostri, bona malaque censuerimus, nulla iam

κακὰ κινῶμεν, ἑδὲμία αἰτία καταλείπεται, ὅτε Θεῶ
ἐγκαλέσαι, ὅτε πρὸς ἄνθρωπον εἶναι τᾶσιν πολέμους.

μβ'. Πάντες εἰς ἓν ἀποτέλεσμα συνεγῆμεν, οἱ
μὲν εἰδότης καὶ παρακολυθητικῶς, οἱ δὲ ἀνεπιστάτως.
ὥσπερ καὶ τὰς καθεύδοντας, οἶμαι, ὁ Ἡράκλειτος ἐρ-
γάτας εἶναι λέγει, καὶ συνεγῆς τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γι-
νομένων. ἄλλος δὲ κατ' ἄλλο συνεγῆ' ἐκ περὶ σίας
δὲ καὶ ὁ μεμφόμενος, καὶ ὁ ἀντιβαίνειν πειρώμενος, καὶ
ἀναιρεῖν τὰ γινόμενα. καὶ γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐχρηζεν ὁ κό-
σμος. λοιπὸν οὖν σύνες, εἰς τίνας ἑαυτὸν κατατάσσεις;
ἐκείνος μὲν γὰρ πάντως σοι καλῶς χρήσεται ὁ τὰ ὅλα
διοικῶν, καὶ παραδέξεται σε εἰς μέρος τι τῶν συνεργῶν
καὶ συνεργητικῶν. ἀλλὰ σὺ μὴ τοιοῦτο μέρος γένη, οἷος
ὁ εὐτελής καὶ γελοῖος τίχος ἐν τῷ δράματι, ὃ Χρῦσιπ-
πος μέμνηται.

μγ'. Μήτι' ὁ ἥλιος τὰ τῶν ὑπερᾷ ἀξιοῖ ποιεῖν; μήτι'
ὁ Ἀσκληπιὸς τὰ τῆς καρποφορίας; τί δὲ τῶν ἄστρον ἕκα-
στον, ἔχι διάφορα μὲν, συνεργὰ δὲ πρὸς ταῦτόν;

supererit amplius caussa, aut Deum incusandi, aut inimicitias
aduersus hominem quemquam gerendi.

42. Ad vnum eundemque effectum operam conferunt
vniuersi suam, alii scientes ac intelligentes, alii effectum
inficii. quomodo dormientes quoque Heraclitus, opinor, ope-
rarios esse dixit, et ad ea, quae in mundo aguntur, operas
conferre. alius vero alio modo operam confert. ex abundan-
ti vero et is, qui quiritatur, et qui in aduersum nititur, et
qui ea, quae fiunt, tollere conatur. nam et sic adfectis mun-
dus opus habebat. proinde cogita tandem, quorum in nume-
rum te referas. siquidem rector ille vniuersi omnino te pro-
be vteret, teque in operariorum operasque mutuas conferen-
tium partem recipiet. tu vero caue, pars eiusmodi sis, qualis
in fabula vilis et ridiculus versus ille, cuius meminit Chry-
sippus.

43. Numquid sol pluviae munus ambit, aut telluris Ae-
sculapius? quid sidera ipsa, nonne, diuersa quamuis sint, ad
vnum tamen idemque efficiendum operas mutuas conferunt?

μδ'. Εἰ μὲν ἔν βεβλεύσαντο περὶ ἐμῶ καὶ τῶν
ἐμοὶ συμβῆναι ὀφειλόντων οἱ θεοὶ, καλῶς ἐβεβλεύσαντο·
ἄββλον γὰρ θεὸν ἔδδ' ἐπινοῆσαι ῥάδιον. κακοποιῆσαι δέ
με διὰ τίνα αἰτίαν ἔμελλον ὀρμᾶν; τί γὰρ αὐτοῖς, ἢ
τῷ κοινῷ, ἔ μάλιστα προνοῶνται, ἐκ τῆς περιγένητο;
εἰ δὲ μὴ ἐβεβλεύσαντο κατ' ἰδίαν περὶ ἐμῶ, περὶ γε τῶν
κοινῶν πάντως ἐβεβλεύσαντο, οἷς κατ' ἐπακολέθησιν καὶ
ταῦτα συμβαίνοντα ἀσπάζεσθαι καὶ εὐχεῖν ὀφείλω. εἰ
δ' ἄρα περὶ μηδενὸς βεβλεύονται, πιστεύειν μὲν ἔχ' ὅσιον,
ἢ μηδὲ θύωμεν, μηδὲ εὐχώμεθα, μηδὲ ὀμνύωμεν, μη-
δὲ τὰ ἄλλα πράσσωμεν, ἅπερ ἕκαστα ὡς πρὸς παρόν-
τας καὶ συμβιῶντας τὰς θεὰς πράσσομεν. εἰ δὲ ἄρα
περὶ μηδενὸς τῶν καθ' ἡμῶν βεβλεύονται, ἐμοὶ μὲν ἔξεστι
περὶ ἐμαυτῶ βεβλεύεσθαι· ἐμοὶ δὲ ἐστὶ σκέψις περὶ τῷ
συμφέροντος· συμφέρει δὲ ἐκάσῳ, τὸ κατὰ τὴν ἑαυτῶ
κατασκευὴν καὶ φύσιν· ἢ δὲ ἐμῇ φύσει λογικὴ καὶ πο-
λιτικὴ πόλις καὶ πατρίς, ὡς μὲν Ἀντωνίνῳ μοι ἡ Ῥώμη,
ὡς δὲ ἀνθρώπῳ, ὁ κόσμος. τὰ ταῖς πόλεσιν ἔν ταύταις
ὠφέλιμα, μόνῃ ἐστὶ μοι ἀγαθά.

44. Si quid de me eisque, quae mihi sunt obuentura,
dii consuluerint, omnino bene consuluerunt. etenim consilii
expertem Deum nec cogitare facile fuerit. ut autem male
mihi facerent, ecquid eos impelleret? ecquid enim vel illis
ipsis, vel vniuerso; cuius praecipue curam gerunt, inde acce-
deret? quod si de me speciatim nihil consuluerint, at de re-
bus vniuersi saltem omnino consuluerunt; quibus et mea
quum consecutione necessaria cohaereant, amplecti haec de-
beo, eisque adquiescere. sin de nulla prorsus re consilia in-
eunt, quod tamen impium est credere, quorsum tunc immo-
lemus, supplicemus, iuremus, alia faciamus, quae facimus sin-
guli, tamquam si deos praesentes et conuersantes nobiscum
habeamus? at si de nulla re, inquam, nostra consilia ineunt;
quidni egomet mihi consulam? mihi autem deliberatio com-
petit de eo, quod conducatur *mihi*. conducit vero vnicuique,
quod est constitutioni et naturae ipsius consentaneum. porro
natura mea rationalis et ciuilis est: ciuitas et patria, qua An-
toninus, Roma; qua homo, mundus. hisce ciuitatibus quae
vtilia, et mihi sunt bona.

μέ. Ὅσα ἐκάσῳ συμβαίνει, ταῦτα τῷ ὅλῳ συμ-
φέρει· ἤκει τῆτο· ἀλλ' ἐτι ἐκεῖνο, ὡς ἐπίπαν ὄψει πα-
ραφυλάξας, ὅσα ἀνθρώπῳ, ἢ ἐτέροις ἀνθρώποις. κοινό-
τερον δὲ νῦν τὸ σύμφερον ἐπὶ τῶν μέσων λαμβανέτω.

μς'. Ὡς περ προσίσταται σοι τὰ ἀμφὶ τῷ θεάτρῳ
καὶ τοῖς τοιαύτοις χαρίοις, ὡς αἰεὶ τὰ αὐτὰ ὀρώμενα, καὶ
τὸ ὁμοειδὲς προσκορῇ τὴν θέαν ποιεῖ· τῆτο καὶ ἐπὶ ὅλῃ
τῇ βίᾳ πάχειν· πάντα γὰρ ἄνω κάτω τὰ αὐτὰ, καὶ
ἐκ τῶν αὐτῶν. μέχρι· τίνος ἔν;

μς'. Ἐννόει συνεχῶς, παντοίους ἀνθρώπους, καὶ παν-
τοίων μὲν ἐπιτηδευμάτων, παντοδαπῶν δὲ ἐθνῶν, τεθνε-
ῶτας· ὥς τε κατιέναι τῆτο μέχρι Φιλισίωνος, καὶ Φοῖβου,
καὶ Ὀργανίωνος. μετιθι νῦν ἐπὶ τὰ ἄλλα Φῦλα. ἐκεῖ δὲ
μεταβαλεῖν ἡμᾶς δεῖ, ὅπῃ τοσῶτοι μὲν δεινοὶ ῥήτορες, το-
σῶτοι δὲ σεμνοὶ Φιλόσοφοι, Ἡράκλειτος, Πυθαγόρας, Σω-
κράτης· τοσῶτοι δὲ ἥρωες πρότερον. τοσῶτοι δὲ ὕστερον στρα-
τηγοὶ, τύραννοί· ἐπὶ τέτοις δὲ Εὐδοξος, Ἰππαρχος, Ἀρχι-
μήδης, ἄλλα φύσεις ὀξείαι, μεγαλόφρονες, Φιλόπονοι,

45. Quaecumque vniciuique contingunt, vniuerso condu-
cunt. hoc sufficere poterat. sed et illud adiiciatur, quod in
vniuersum obseruatione habita deprehendes, quidquid alicui
conducit, etiam aliis *conducere*. conducibilis vero vocabulum
in sensu communi nunc sumatur, quum de rebus mediis ad-
hibetur.

46. Quemadmodum adficere te solent ea, quae in thea-
tro locisque eiusmodi repraesentantur, vt eadem semper vni-
formiter exhibita, spectandi satietatem pariant: eodem modo
et in vita tota sis adfectus. vniuersa enim sunt sursum deor-
sum eadem, et ex eisdem. quousque igitur?

47. Istud iugiter cogita, omnis generis, omniumque tam
studiorum, quam et nationum, homines, mortem obisse. de-
scende hoc modo vsque ad Philistionem, Phoebum, Origanio-
nem. tum ad alias classes te transfer; eo nimirum nos con-
cedere oportet, quo tot oratores diserti, tot philosophi ve-
rendi, Heraclitus, Pythagoras, Socrates; tot Heroes prisci,
tot hos secuti imperatores, tyranni: Eudoxus insuper, Hip-
parchus, Archimedes; alia acuta, sublimia, industria, versuta,

πανουργοί, αὐθάδεις· αὐτῆς τῆς ἐπικήρης καὶ ἐφημέρης τῶν ἀνθρώπων ζωῆς χλευασαί, οἷον Μένιππος καὶ ὅσοι τοιοῦτοι. περὶ πάντων τῶν ἐννοεῖ, ὅτι πάλας κεῖνται. τί ἂν τῷ το δεινὸν αὐτοῖς; τί καὶ τοῖς μὴδ' ὀνομαζομένοις ὅλως; ἐν ᾧδε πολλῷ ἄξιον, τὸ μετ' ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης εὐμενῇ τοῖς ψεύσαις καὶ ἀδίκοις διαβιῆν.

μη'. Ὅταν εὐφραῖναι σεαυτὸν θέλῃς, ἐνθυμῶ τὰ προτερήματα τῶν συμβιόντων, οἷον, τῷ μὲν τὸ δραστήριον· τῷ δὲ τὸ αἰδήμον· τῷ δὲ τὸ εὐμετάδοτον· ἄλλα δὲ ἄλλο τι. ἔδεν γὰρ ἔτῳς εὐφραίνει, ὡς τὰ ἐμοιώματα τῶν ἀρετῶν, ἐμφαινόμενα τῷς ἡδυσί τῶν συζώντων, καὶ ἀθρόα ὡς οἷον τε συμπύκνοντα. διὸ καὶ πρόχειρα αὐτὰ ἐκτέον.

μθ'. Μήτι δὲ δυσχεραίνεις, ὅτι τοσῶνδ' ἐτινων λητῶν εἶ, καὶ ἔτριάκοσιων; ἔτῳ δὲ καὶ ὅτι μέχρι τοσῶνδ' ἐτινων βιωτέον σοι, καὶ ἔτῳ μέχρι πλείονος· ὥσπερ γὰρ τῆς ἡμέρας, ὅσον ἀφώρεται σοι, τέρεγεις, οὕτως καὶ ἐπὶ τῷ χρόνῳ.

arrogantia ingenia: ipsi vitae huiusce caducae et in dieculam durantis subannatores, qualis Menippus, illiusque similes. hos omnes iam olim occubuisse memineris. at ecquid inde illis mali? ecquid et illis, quorum ne nomina quidem supersunt? vnicum ergo istic est, quod sit plurimi faciendum, ut veritatem iustitiamque colens ipse, cum mendacibus iniustisque beneuole degas.

48. Oblectare te, si quando libueri, virtutes eorum, qui tecum viuunt, cogita; huius industriam, illius modestiam, alterius liberalitatem, alterius aliam aliquam, nihil enim animus oblectat magis, quam virtutum imagines in moribus eorum, qui vna degunt nobiscum, exferentes se, et, quam fieri potest confertissime, mentis oculis se ingerentes. in promptu itaque sint tibi.

49. Numquid, quod tot pondo, non autem trecentorum sis, aegre fers? nec itaque, quod tot annos, non autem plures, victurus sis, aegre feras. Sicut enim staturae, sic et temporis, quantum adsignatum est tibi, tanto contentus sis oportet.

ν'. Πειρώμεν πείθειν αὐτάς. πράττει δὲ καὶ τῶν ἀκόντων, ὅταν τῆς δικαιοσύνης ὁ λόγος ἔτῳς ἄγῃ. εἰάν μόντοι βία τις προαχράμενος ἐνίστηται, μετάβαινε ἐπὶ τὸ εὐάρεστον καὶ ἄλυπον, καὶ συγχρῶ εἰς ἄλλην ἀρετὴν τῇ καλύψει· καὶ μέμνησο, ὅτι μεθ' ὑπεξαίρεσσεως ὁρμᾶς, ὅτι καὶ τῶν ἀδυνάτων ἐκ ὁρέγῃς· τίνος ἂν; τῆς τοιαύτης δὲ τίνος ὁρμῆς. τάτῃ δὲ τυγχάνεις, ἐφ' οἷς προήχθημεν, ταῦτα γίνεσθαι.

να'. Ὁ μὲν Φιλόδοξος ἀλλοτρίαν ἐνέργειαν ἰδίου ἀγαθὸν ὑπολαμβάνει· ὁ δὲ Φιλήδωνος, ἰδίαν πείσιν· ὁ δὲ νῦν ἔχων, ἰδίαν πράττειν.

νβ'. Ἐξέστι περὶ τῶν μὴδὲν ὑπολαμβάνειν, καὶ μὴ ὀχλεῖσθαι τῇ ψυχῇ· αὐτὰ γὰρ τὰ πράγματα ἐκ ἔχει φύσιν ποιητικὴν τῶν ἡμετέρων κρίσεων.

νγ'. Ἐθίσον σεαυτὸν πρὸς τῷ ὑφ' ἐτέρῃ λεγομένῳ γίνεσθαι ἀπαρενθυμήτως, καὶ ὡς οἷόν τε ἐν τῇ ψυχῇ τῷ λέγοντος γίνεσθαι.

νδ'. Τὸ τῷ σμῆναι μὴ συμφέρον, ἐδὲ τῇ μελίσσῃ συμφέρεται.

50. Aliis, quae iusta sunt, persuadere adnitamur. Sed in-
nitis etiam facito, quod iustitiae ratio exegerit. quod si quis
vi adhibita obstiterit tibi, tu ad aequanimitatem et tranquil-
litatem te transfer, eoque, quod obstat ad virtutis alterius
exercitium, fac vtare. memineris etiam, quod cum exceptio-
ne opus adgrediebare, nec id appetebas, quod fieri non po-
test. quid ergo? conatum istiusmodi. hunc autem adseque-
ris, etiam si ea, quae conatus fueras, non fiant.

51. In actione aliena ambitiosus bonum suum situm opi-
natur: in passione sua voluptuarius: in actione sua vir prudens.

52. Licet de re hac, vel illa, nihil opinari, atque ita ani-
mi perturbationem omnem effugere. neque enim habent in
se res ipsae vim ullam iudicia nostra eliciendi.

53. Adsuece eis, quae ab alio dicuntur, animum sedulo
adhibere, et, quantum poteris, dicentis animo penitus interesse.

54. Quod examini non conducit, nec api conducit.

νβ'. Εἰ κυβερνῶνται οἱ ναῦται, ἢ ἰατρειῶνται οἱ κάμνοντες κακῶς ἔλεγον, ἄλλω τίνι ἂν προσεῖχον; ἢ πῶς αὐτὸς ἐνεργοίῃ τὸ τοῖς ἐμπλέεσι σωτήριον, ἢ τὸ τοῖς θεραπευομένοις ὑγιεινόν;

νγ'. Πόσοι, μεθ' ὧν εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον, ἤδη ἀπεληλύθασιν;

νδ'. Ἰκτεριῶσι τὸ μέλι πικρὸν φαίνεται· καὶ λυσσοδόηκτοις τὸ ὕδωρ φοβερόν· καὶ παιδίοις τὸ σφαιρίον καλόν. τί ἔν ὀργίζομαι; ἢ δοκεῖ σοι ἔλασπον ἰσχύειν τὸ διεψευσμένον, ἢ τὸ χολίον τῷ ἰκτεριῶντι, καὶ ὁ ἰὸς τῷ λυσσοδόηκτῳ;

νε'. Κατὰ τὸν λόγον τῆς σῆς φύσεως βίῃ σε οὐδεὶς κωλύσει· παρὰ τὸν λόγον τῆς κοινῆς φύσεως οὐδέν σοι συμβήσεται.

νς'. Οἰοί εἰσιν, οἷς θέλωσιν ἀρέσκειν, καὶ δὲ οἷα περιγινόμενα, καὶ δὲ οἷων ἐνεργειῶν. ὥς ταχέως ὁ αἰὼν πάντα καλύψει, καὶ ὅσα ἐκάλυψεν ἤδη.

55. Si gubernatori nautae, medico aegroti maledicerent, equem alium auscultarent? aut quo modo exsequerentur illi, quod nauigantibus salutem pareret, aegrotantibus sanitatem?

56. Quam multi eorum, quibuscum in mundum intraveram, ex eodem iam excefferunt?

57. Aurigine adfectis mel amarum videtur; a cane rabido morsus aqua formidabilis: *contra* pueris pila pulchrum quid. quare igitur cuiquam succenses? an minus posse putas mentis errorem, quam apud arquatam bilem, apud lymphaticum virus?

58. Quo minus secundum naturae tuae rationem viuas, nemo te coegerit. praeter rationem vero naturae communis nihil tibi contigerit.

59. *Perpende tecum*, quales sint, quibus placere cupiunt quam plurimi, et quarum rerum potiundi causa *id velint*, quibusque officiis *istia demereantur*. item quam cito aeuum omnia condet, quotque etiam res iam condiderit.

ΒΙΒΛΟΣ Ζ΄.

ΤΙ ἐστὶ κακία; τῆτ' ἐστίν, ὃ πολλάκις εἶδες· καὶ ἐπὶ παντός δὲ τῷ συμβαίνοντος πρόχειρον ἔχει, ὅτι τῆτό ἐστιν, ὃ πολλάκις εἶδες. ὅλως ἄνω κάτω τὰ αὐτὰ εὐρήσεις, ὧν μεσὰ αἱ ἰσορῖαι αἱ παλαιαί, αἱ μέσαι, αἱ ὑπόγυιοι· ὧν νῦν μεσὰ αἱ πόλεις καὶ οἰκίαι, ἔδὲν καίνον· πάντα καὶ συνήθη ὀλγοχρόνια.

β'. Τὰ δόγματα πῶς ἄλλως δύναται νεκρωθῆναι, εἰ μὴ αἱ κατάλληλαι αὐτοῖς φαντασίαι σβεσθῶσιν; ὡς διηνεκῶς ἀναζωπυρεῖν ἐπὶ σοί ἐστι· δύναμαι περὶ τῶν, ὃ δὲ, ὑπολαμβάνειν. εἰ δύναμαι, τί ταράσσομαι; τὰ ἔξω τῆς ἐμῆς διανοίας ἔδὲν ὅλως πρὸς τὴν ἐμὴν διάνοιαν· τῆτο πάθε, καὶ ὀρθὸς εἶ. ἀναβιῶναί σοι ἔξεςιν· ἴδε πάλιν τὰ πράγματα, ὡς ἑώρας· ἐν τῷ γὰρ τὸ ἀναβιῶναι.

γ'. Πομπῆς κενосποδία, ἐπὶ σκηνῆς δράματα, ποίμνια, ἀγέλαι, διαδορατισμοὶ, κυνιδίους ὀσάριον ἐρ-

LIBER VII.

QVID est vitiositas? hoc, quod saepe vidisti. in omni casu occurrit idem, hoc est, quod saepe vidi. omnino sursum deorsum eadem deprehendes, quibus refertae sunt historiae priscæ, mediæ, præsentes; quibus ciuitates atque familiae scitent. nihil est noui. consueta et caduca sunt omnia.

2. Dogmata in te aboleri quo modo poterunt, nisi cogitationes his congruæ exstinguantur? quas resuscitare tibi, quoties libuerit, licet. possum de re ista, quod oportet, opinari. si possum, quid perturbatur mihi animus? nihil quidquam ad mentem faciunt, quæ extra mentem sunt sita. hoc modo sis adfectus, et rectus consistis. reuiuiscere tibi licet. res ipsas intueri, prout prius vidisti; hoc est enim reuiuiscere.

3. Pompæ studium inane, fabulæ scenicæ, greges, armenta, velitationes, catulis proiectum osciculum, offula in

ρίμμενον, ψωμίον εἰς τὰς τῶν ἰχθύων δεξαμένας, μυρμήκων τάλαιπωρία καὶ ἀχθοφορία, μυιδίων ἐπτοημένων διαδρομαί, στυλλάρια νευροσπασμένα· χρεὶ ἔν ἐν τῆτοις εὐμενῶς μὲν καὶ μὴ φρυαττόμενον ἐσάνα· παρακολαθεῖν μέντοι, ὅτι τοσῶτα ἄξιος ἑκασός ἐστιν, ὅσων ἄξιά ἐστι ταῦτα, περὶ ἃ ἐσπύδακεν.

δ'. Δεῖ κατὰ λέξιν παρακολαθεῖν τοῖς λογομένοις, καὶ καθ' ἑκάστην ὁρμὴν γινομένοις. καὶ ἐπὶ μὲν τῇ ἑτέρῃ, εὐθύς ὁρᾶν, ἐπὶ τίνα σκοπὸν ἢ ἀναφορά· ἐπὶ δὲ τῇ ἑτέρῃ, παραφυλάσσειν, τί τὸ σημαυνόμενον.

ε'. Πότερον ἐξαρκεῖ ἡ διάνοιά μὲ πρὸς τῆτο, ἢ ἔ; εἰ μὲν ἐξαρκεῖ, χρεῶμαι αὐτῇ πρὸς τὸ ἔργον, ὡς ὁργάνῳ παρὰ τῆς τῶν ὅλων φύσεως δοθέντι. εἰ δὲ μὴ ἐξαρκεῖ, ἥτοι παραχωρῶ τῇ ἔργῳ τῷ δυναμένῳ κρεῖττον ἐπιτελέσαι, εἰάν ἄλλως τῆτο μὴ καθήκη· ἢ πρέσσω, ὡς δύναμαι, προσπαραλαβὼν τὸν δυνάμενον κατὰ πρόσχρησιν τῷ ἐμῷ ἡγεμονικῷ ποιῆσαι τὸ εἰς τὴν κοινωνίαν οὖν καίριον καὶ χρήσιμον. ὅ,τι γὰρ ἂν δι' ἐμαυτῶ, ἢ

piscinam immissa, formicarum aerumnae et baiulationes, mulcutorum perterritorum discursus, sigillaria verticillis cita. hoc genus sunt externa cuncta. in his igitur beneuolum placidumque consistere par est, non autem inolescere: intelligere nihilominus, tanti quemque esse, quanti illud est, in quo studium posuerit.

4. In sermone, eis, quae dicuntur; in conatu omni, eis, quae fiunt, animum aduertere oportet: et in altero quidem, quid designetur; in altero vero, quorsum referatur, considerandum.

5. Sufficitne ad istud mens mea, nec ne? si sufficit, ea tamquam instrumento ab vniuersi natura mihi dato ad hoc efficiendum vtor: si non sufficit, aut opus illi concedo, qui me melius id efficere potest, nisi aliter ad officium meum pertinuerit; vel quod possum, facio, eo adscito, qui mentis meae opera vsus id possit, quod ad societatem humanam est hoc ipso tempore tempestiuum ac vtile. quidquid enim vel

αὐτὸν ἄλλω ποιῶ, ὥδε μόνον χρὴ συντείνειν, εἰς τὸ κοινοῦ
χρησίσιμον καὶ εὐάεμοςον.

ζ'. Ὅσοι μὲν, πολυῦμνητοι γενόμενοι, ἤδη λήθῃ
παράδεδοντα; ὅσοι δὲ, τέτρες ὑμνήσαντες πάλας ἐκ-
ποδῶν;

ζ'. Μὴ αἰγύνῃ βοηθόμενος· πρόκειται γάρ σοι
ἐνεργεῖν τὸ ἐπιβάλλον, ὥς στρατιώτῃ ἐν τειχομαχίᾳ.
τί ἐν, εἰάν σὺ μὲν χωλαίνων ἐπὶ τὴν ἐκαλξιν ἀναβῆναι
μόνος μὴ δύνῃ, σὺν ἄλλῳ δὲ δυνατόν ἢ τῆτο;

η'. Τὰ μέλλοντα μὴ ταρασσέτω· ἤξεις γάρ ἐκ'
αὐτὰ, εἰάν δεῖσῃ, φέρων τὸν αὐτὸν λόγον, ὃ νῦν πρὸς
τὰ παρόντα χρεῖ.

θ'. Πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται, καὶ ἡ σύνδεσις
ἰσῶ, καὶ χεδόν τι ἑδὲν ἀλλότριον ἄλλο ἄλλῳ. συγ-
κατατέτακται γάρ, καὶ συγκοσμεῖ τὸν αὐτὸν κόσμον.
κόσμος τε γὰρ εἰς διὰ πάντων, Θεὸς εἰς διὰ πάντων,
καὶ ὁσία μία, καὶ νόμος εἰς, λόγος κοινὸς πάντων τῶν

per me, vel cum alio fecero, ad id duntaxat tendere fas est,
quod est societati vtile et congruum.

6. Quam multi, qui celebres admodum olim exstiterē,
obliuioni nunc sunt traditi? quam multi etiam eorum, qui
istos celebrauerant, iam olim penitus aboliti sunt?

7. Auxilii ne te pudeat. hoc est enim tibi propositum,
ut, quod est muneris tui, facias, quomodo militi in dimicatione
murali. quid ergo, si ad propugnaculum adscendere so-
lus, quia claudus es, nequeas, ab altero vero adiutus possis?

8. De futuris sollicitus ne sis. accedes enim ad ea, si ita
necesse fuerit, ratione instructus eadem, qua nunc ad prae-
sentia vteris.

9. Omnia sunt sibi inuicem implexa, et vinculo quodam
sacro sibi inuicem sic deuincta, ut nihil alterum ab altero sit
alienum. coordinantur enim simul, eundemque mundum co-
honestant, etenim et mundus vnus, et Deus vnus est in omni-
bus, et materia vna, et lex vna; ratio nempe animantium in-
telligentium omnium communis, et veritas vna. siquidem et

ποσῶν ζώων, καὶ ἀλήθεια μία· εἶγε καὶ τελειότης μία τῶν ὁμογενῶν, καὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ μετεχόντων ζώων.

ι'. Πᾶν τὸ ἔνυλον ἐναφανίζεται τάχιστα τῇ τῶν ὅλων ὁσίᾳ· καὶ πᾶν αἴτιον εἰς τὸν τῶν ὅλων λόγον τάχιστα ἀναλαμβάνεται· καὶ παντὸς μνήμη τάχιστα ἐγκαταχώννυται τῷ αἰῶνι.

ια'. Τῷ λογικῷ ζῳῷ ἡ αὐτὴ πρᾶξις κατὰ φύσιν ἐστὶ, καὶ κατὰ λόγον.

ιβ'. Ὁρθὸς, ἢ ὀρθόμενος.

ιγ'. Οἷν ἐστιν ἐν ἡνωμένοις τὰ μέλη τῷ σώματος, τῷτον ἔχει τὸν λόγον ἐν διεσῶσι τὰ λογικὰ, πρὸς μίαν τινὰ συνεργίαν κατεσκευασμένα. μᾶλλον δέ σοι ἡ τῷ νόησις προσπεσεῖται, ἐὰν πρὸς ἑαυτὸν πολλάκις λέγῃς, ὅτι μέρος εἰμὶ τῷ ἐκ τῶν λογικῶν συστήματος. ἐὰν δὲ διὰ τῷ ῥῶ σοιχείῃ μέρος εἶναι ἑαυτὸν λέγῃς, ἔπω ἀπὸ καρδίας φιλεῖς τῆς ἀνθρώπου· ἔπω σε καταληπτικῶς εὐφραίνει τὸ εὐεργετεῖν· ἔτι ὡς πρέπον αὐτὸ ψιλὸν ποιεῖς· ἔπω ὡς αὐτὸν εὖ ποιῶν.

perfectio vna animantium sibi inuicem congenerum, eiusdemque rationis participum.

10. Materiale omne in vniuersi substantiam quam celerissime euanescit: causale omne in vniuersi rationem non minus cito reforbetur; memoria denique rei cuiusque pari celeritate in aeuo quasi defossa sepelitur.

11. Animali ratione praedito eadem actio est, et secundum naturam, et secundum rationem.

12. Aut rectus, aut erectus *fs.*

13. Quomodo se habent in continuis corporis membra, eodem se habent in dissitis, quae ratione sunt praedita, quum ad mutuas rei eidem conficiendae operas conferendas nata *sint utraque*. consideratio haec animum tuum magis attinget, si te frequenter sic adlocutus fueris: membrum sum ego compagis istius, quae ex ratione praeditis componitur. si partem duntaxat esse te dixeris, homines ex animo nondum diligis: hoc ipsum bene ac re per se nondum oblectat te: adhuc tamquam quod fieri deceat, tantum facis, nondum perinde, ac si tibi ipsi benefacias.

18. Ὁ θέλει, ἔξωθεν προσπιπτεύω τοῖς παθεῖν ἐκ τῆς προσπτώσεως ταύτης δυναμένοις. ἐκείνα γάρ, εἰάν θελήσῃ, μέμψεται τὰ παθόντα· ἐγὼ δέ, εἰάν μὴ ὑπολάβω, ὅτι κακὸν τὸ συμβεβηκός, ἔπω βέβλαμμαι. ἔξεστι δέ μοι μὴ ὑπολαβεῖν.

19. Ὅ,τι ἂν τις ποιῇ; ἢ λέγῃ, ἐμὲ δὲ ἀγαθὸν εἶναι· ὡς ἂν εἰ ὁ χρυσός, ἢ ὁ σμάραγδος, ἢ ἡ πορφύρα τῷτο αἰεὶ ἔλεγεν, ὅ τις ἂν ποιῇ, ἢ λέγῃ, ἐμὲ δὲ σμάραγδον εἶναι, καὶ τὸ ἑμαυτῷ χρῶμα ἔχειν.

20. Τὸ ἡγεμονικὸν αὐτὸ ἑαυτῷ οὐκ ἐνοχλεῖ. οἷον λέγω, ὃ φοβεῖ αὐτὸ εἰς ἐπιθυμίαν. εἰ δέ τις ἄλλος αὐτὸ φοβῆσαι ἢ λυπῆσαι δύναται, ποιεῖτω. αὐτὸ γάρ ἑαυτὸ ὑποληπτικῶς ὃ τρέψῃ εἰς τοιαύτας τροπὰς. τὸ σωματίον μὴ πάθῃ τι, αὐτὸ μεριμνάτω, εἰ δύναται, καὶ λεγέτω, εἰ τι πάσχει· τὸ δὲ ψυχάζιον, τὸ φοβέμενον, τὸ λυπέμενον, τὸ περὶ τῶτων ὅλως ὑπολαμβάνον, ἐδὲν μὴ πάθῃ· ὃ γὰρ ἔξεστι αὐτὸ εἰς κρίσιν τοιαύτην ἀπερσο-

14. Quidquid voluerit, eis extrinsecus accidat, quae casibus istiusmodi adfici possunt. ipsa enim, quae adfecta sunt, conquerantur, si velint. ipse, nisi malum censuero, id, quod contingit, nondum sum laesus. in me autem situm est, nihil tale opinari.

15. Quidquid vel fecerit, vel dixerit quisquam, probum esse me oportet. haud aliter, quam si aurum, aut smaragdus, aut purpura, ita iugiter diceret: quidquid fecerit dixeritque quisquam, smaragdum esse me oportet, nitoremque meum retinere.

16. Mens an non ipsa perturbat se? verbi gratia, an non ipsa in formidinem, in moestitiam impellit se? an non se ipsa cupiditate incendit? alius quis si terrefacere eam, aut contristare possit, faciat. in ipsius voluntate situm est, ut ne ad motus istiusmodi opinando se commoveat. corpusculum ne quid patiatur, sibi curae habeat, si possit; et quando patitur quidquam, conqueratur: animula vero, quae timet, quae dolet, quae super his omnino aliquid opinatur, nihil horum patietur, nisi si ipse in iudicium istiusmodi demiseris. nullius

θεές εἰσιν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῶ, τὸ ἡγεμονικόν, εἰάν μὴ ἑαυτῶ
ἔνδειαν ποιῇ· κατὰ ταῦτά δὲ καὶ ἀτάραχον, καὶ ἀνεμ-
πόδιον, εἰάν μὴ ἑαυτὸ ταρασσῇ καὶ ἐμποδίσῃ.

ιζ'. Εὐδαιμονία ἐστὶ δαίμων ἀγαθός, ἢ ἀγαθόν.
τί ἐν ᾧδε ποιεῖς, ὦ Φαντασία; ἀπέρχε, τὸς θεός σοι,
ὡς ἦλθες· ἔ γάρ χεῖρ' ἔχω σε. ἐλήλυθας δὲ κατὰ τὸ
ἀρχαῖον ἔθος. ἔκ ὀργίζομαί σοι μόνον ἄπιθι.

ιθ'. Φοβεῖταί τις μεταβολήν; τί γάρ δύναται χω-
ρεῖς μεταβολῆς γενέσθαι; τί δαὶ φίλτερον, ἢ οἰκειότερον
τῇ τῶν ὅλων φύσει; σὺ δὲ αὐτὸς λίσσασθαι δύνασαι,
εἰάν μὴ τὰ ξύλα μεταβάλῃ; τραφῆναι δὲ δύνασαι, εἰάν
μὴ τὰ ἐδώδιμα μεταβάλῃ; ἄλλο δὲ τί τῶν χρησίμων
δύναται συντελεσθῆναι χωρεῖς μεταβολῆς; ἔχ' ὁρᾷς ἐν,
ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ σὲ μεταβαλεῖν ὁμοίον ἐστὶ καὶ ὁμοίως
ἀναγκαῖον τῇ τῶν ὅλων φύσει;

ιδ'. Διὰ τῆς τῶν ὅλων ἁσίας, ὡς διὰ χειμάρρου,
διεκπορεύεται πάντα τὰ σώματα, τῷ ὅλῳ συμφυῇ καὶ
συνεργᾷ, ὡς τὰ ἡμέτερα μέρη ἀλλήλοις. πόσους ἤδη ὁ

rei alterius per se indiga est mens, nisi ipsa sibi indigen-
tiam creauerit. eademque ratione et perturbatione et impe-
dimento omni immunis, nisi ipsa se perturbauerit, aut impe-
diuerit.

17. Felicitas est bonus genius, siue mens bona. quid
igitur facis hic, o phantasia? faceffe hinc, per deos, vti ac-
cessisti: nihil enim opus te habeo. more antiquo accessisti.
nec succenseo tibi tamen: faceffe tantum.

18. Cur mutationem quis metuat? ecquid enim fieri
potest absque mutatione? ecquid autem aut gratius, aut fa-
miliarius, vniuersi naturae? ipse num balneo vti poteris, ni
ligna mutationem fubeant? num nutriri, ni edulia itidem
mutentur? numquid aliud vtile quidquam perfici, nisi inter-
ueniente mutatione? an non vides, simile quiddam esse et
mutationem tui, nec vniuersi naturae minus necessarium?

19. Per mundi substantiam, tamquam per torrentem,
corpora transeunt vniuersa, ipsa vniuerso, prout membra sibi
inuicem nostra, coalita et eidem cooperantia. quot Chry-

αἰὼν Χρυσίππης, πόσας Σωκράτους, πόσας Ἐπιμνήμης καταπέπωκεν; τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ παντὸς ἐτινοσῶν σοὶ ἀνθρώπου τε καὶ πράγματος προσπιπτέτω.

κ'. Ἐμὲ ἐν μόνον περισπᾶ, μὴ τι αὐτὸς ποιήσω, ὃ ἡ κατασκευὴ τῷ ἀνθρώπῳ ἔθελαι, ἢ ὡς ἔθελαι, ἢ ὃ νῦν ἔθελαι.

κα'. Ἐγγὺς μὲν ἡ σὴ περὶ πάντων λήθη. ἐγγὺς δὲ ἡ πάντων περὶ σῆ λήθη.

κβ'. Ἴδιον ἀνθρώπου φιλεῖν καὶ τὰς πταίοντας. τῷτο δὲ γίνεται. εἰάν συμπεροσπίπτῃ σοι, ὅτι καὶ συγγενεῖς, καὶ δι' ἀγνοίαν καὶ ἄκοντες ἀμαρτάνουσι, καὶ ὡς μετ' ὀλίγον ἀμφοτέρωι τεθνήξετε, καὶ πρὸ πάντων, ὅτι ἐκ ἐβλαψέ σε· ἔγὰρ τὸ ἡγεμονικὸν σε χεῖρον ἐποίησεν, ἢ πρόθεον ἦν.

κγ'. Ἡ τῶν ὅλων φύσις ἐκ τῆς ὅλης ἁσίας, ὡς κηρῶν, νῦν μὲν ἰκπάριον ἐπλασε· συγχέασα δὲ τῷτο, εἰς δένδρεα φύσιν συνεχρήσατο τῇ ὕλῃ αὐτῇ· εἴτα εἰς ἀνθρώπῳριον, εἴτα εἰς ἄλλο τι· ἕκαστον δὲ τῶτων πρὸς

sippos, quot Socrates, quot Epictetos iam dudum absorpsit aenum istud? idem tibi de quouis tum homine, tum re, succurrat.

20. Hoc vnum me sollicitum habet, ne quid ipse faciam, quod hominis conditio vel minus velit, vel secus velit, vel nunc nolit.

21. Instat tempus, quo tu omnium oblitus eris; instat, et quo omnes tui.

22. Hominis est, etiam eos, qui offendunt, diligere. hoc fiet, si vna succurrat tibi, tum esse tibi cognatos, tum infcios inuitosque peccare: ad haec, paullo post utrosque vestrum morti concessuros; prae omnibus denique, nihil eos te laessisse. neque enim mentem tuam deteriorem facere possunt, quam prius fuerat.

23. Vniuersi natura ex communi rerum omnium materia, tamquam e cera, nunc equuleum effingit; quem mox denuo diffingit, eiusdemque materia ad arborem producendam abutitur; tum ad homuncionem, dein ad aliud quidpiam. horum autem quodlibet ad breue temporis spatium

ἐλπίστον ὑπέστη. δεινὸν δὲ εἶδέν τὸ διαλυθῆναι τῷ κίβη-
τίῳ, ὥσπερ εἶδέν τὸ συμπαγῆναι.

κδ'. Τὸ ἐπικότου τῆ προσώπῃ λίαν παρὰ φύσιν,
ὅταν πολλάκις ἐναποθνήσκῃ ἢ πρόσχημα, ἢ τὸ τελευ-
ταῖον ἀπεσβέσθῃ, ὥστε ὅλως ἐξαφθῆναι μὴ δύνασθαι.
αὐτῷ γε τάτῳ παρεκλογθεῖν πειρῶ, ὅτι παρὰ τὸν λό-
γον· ἢ γὰρ καὶ ἡ συναίσθησις τῆ ἀμαρτάνειν οἰχῆσεται,
τίς ἐκ τῆ ζῆν αἰτία;

κε'. Πάντα, ὅσα ὁρᾷς, ὅσων ἔπω μεταβαλεῖ ἢ τὰ
ἅλα διοικῶσα φύσις, καὶ ἄλλα ἐκ τῆς ἐσίας αὐτῶν
ποιήσει, καὶ πάλιν ἄλλα ἐκ τῆς ἐκείνων ἐσίας, ἵνα αἰὲ
νῆαρός ἢ ὁ κόσμος.

κς'. Ὅταν τις ἀμάρτη τι εἰς σέ, εὖθὺς ἐνθυμῶ,
τί ἀγαθὸν ἢ κακὸν ὑπολαμβάνῃ ἡμαρτε. τῆτο γὰρ ἰδὼν,
ἐλέησεις αὐτὸν, καὶ ἔτε θαυμάσεις, ἔτε ὀργισθήσῃ. ἦτοι
γὰρ καὶ αὐτὸς τὸ αὐτὸ ἐκείνῳ ἀγαθὸν ἔτι ὑπολαμβάν-
εις, ἢ ἄλλο ὁμοειδές, δεῖ ἐν συγχινώσκειν. εἰ δὲ μη-
κέτι ὑπολαμβάνεις τὰ τοιαῦτα ἀγαθὰ καὶ κακὰ, ῥῶον
εὐμενής. ἔση τῷ παρερῶντι.

subsistit, istis autem, sicut arcae, dissolui nihilo magis mole-
stum est, quam compingi primo fuerat.

24. Toruitas vultus est valde praeter naturam. vbi ei
saepius adsueuerit quis, immori solet; vultusque decor ita inde
extinguitur, vt denuo reaccendi omnino nequeat. ex hoc
ipso autem intelligas licet, esse praeter rationem. Siquidem
enim *ita vultum quis obfirmauerit*, vt peccati sensus omnis au-
fugerit, quorsum homo sic adfectus vitam protrahat amplius?

25. Quaecumque vides, vniuersa mox est mutatura vni-
uersi reatrix natura, aliaque ex eorum materia effectura, et
ex horum rursus alia, vt mundus perpetim renouetur.

26. Quum aduersus te quidquid peccauerit quis, confi-
dera statim, quid bonum malumue esse ratus id egerit. hoc
enim perspecto, misereberis illius, nec aut miraberis, aut suc-
censebis. forsitan enim vel idem illud, quod ille, vel aliud quid-
piam eiusmodi, ipse bonum esse opinaris. *hoc si fuerit*, et illi
te ignoscere oportet. sin eiusmodi nec bona, nec mala cen-
sueris, ex errore animi delinquentem aequanimiter feras,

κζ'. Μὴ τὰ ἀπόντα ἐνοεῖν, ὡς ἤδη ὄντα· ἀλλὰ τῶν παρόντων τὰ δεξιότατα ἐκλογίζεσθαι, καὶ τῶν χάριν ὑπομιμνήσκεσθαι, πῶς ἂν ἐπεζητεῖτο, εἰ μὴ παρῇ. ἅμα μέντοι φυλάσσε, μὴ, διὰ τῆ ἔτιως ἀσμενίζῃν αὐτοῖς, ἐδόσης ἐκτιμᾶν αὐτὰ, ὥστε, εἴαν ποτε μὴ παρῇ, ταραχθῇσεσθαι.

κη'. Εἰς αὐτὸν συνειλᾷ. Φύσιν ἔχει τὸ λογικόν, ἡγεμονικόν, ἐαυτῷ ἀρκεῖσθαι δικαιοπραγῆντι, καὶ παρ' αὐτὸ τῆτο γαλήνην ἔχοντι.

κθ'. Ἐξάλεψον τὴν Φαντασίαν. σῆσον τὴν νευροσπασίαν. περιγράφον τὸ ἐνσῶς τῆ χρόνῳ. γνῶρισον τὸ συμβαῖνον, ἢ σοί, ἢ ἄλλῳ. δίδε καὶ μέρισον τὸ ὑποκείμενον, εἰς τὸ αἰτιῶδες καὶ ὑλικόν. ἐνόησον τὴν ἐχάτην ἄραν. τὸ ἐκείνῳ ἀμαρτηθῆν ἐκεῖ κατάλειπε, ὅπου ἡ ἀμαρτία ὑπέστη.

λ'. Συμπαρεκτείνειν τὴν νόησιν τοῖς λογομένοις. εἰσδύεσθαι τὸν νῦν εἰς τὰ γινόμενα καὶ ποιῶντα.

27. Non tam quae defunt tibi, quam quae adfunt, cogita. ex his autem selige, quae gratissima sunt tibi, quo reputer tecum, quanto cum studio ea, ni iam adessent, tibi requireres. caue tamen interim, ne, dum istis lubenter acquiescis, eo in pretio habere adfuescas te, ut si quando desse contigerit, turberis.

28. In temet conuolutus esto. mens etenim rationalis ita est natura comparata, ut sibi sufficiat ipsa iusta agens, et hoc ipso nata sibi tranquillitatem.

29. Imaginationes absterge. adfectuum motus compece. tempus praesens circumscribe. dignosce, quidquid vel tibi, vel alii cuiquam, contingit. rem subiectam quamque divide et partire in formam et materiam. horam nouissimam cogita. quod alteri peccatum est, ibi, ubi exstitit, relinque.

30. Eis, quae dicuntur, animam simul intende: in ea, quae fiunt faciuntue, mente altius descende.

λα'. Φαίδρουον σεαυτὸν ἀπλότῃ καὶ αἰδοῖ καὶ τῇ πρὸς τὸ ἀνὰ μέσον ἀρετῆς καὶ κακίας ἀδιαφορία. Φίλησον τὸ ἀνθρώπινον γένος. ἀκολέθησον θεῶ.

- - ἐκεῖνος μὲν φησιν, ὅτι πάντα νομίζι. ἔτι εἰ δαίμονα τὰ σοιχεῖα· ἀρκεῖ δὲ μεμνηῖσθαι, ὅτι τὰ πάντα νομίζι ἔχει, ἢ δηλῶν ὀλίγα.

λβ'. Περὶ θανάτου· εἰ σκεδασμός, ἢ ἄτομοι, ἢ κένωσις, ἢτοι σβέσις, ἢ μετέσσις.

λγ'. Περὶ πόνου· τὸ μὲν ἀφόρητον ἐξάγει· τὸ δὲ χρονίζον, φορητόν· καὶ ἡ διάνοια τὴν ἑαυτῆς γαλήνην, κατὰ ἀπόληψιν διατηρεῖ, καὶ ἐ χεῖρον τὸ ἡγεμονικὸν γέγονεν. τὰ δὲ κακούμενα μέρη ὑπὸ τῷ πόνῳ, εἰ τι δύναται, περὶ αὐτῶ ἀποφηνάδω.

λδ'. Περὶ δόξης· ἴδε τὰς διανοίας αὐτῶν, οἷα, καὶ οἷα μὲν φεύγσας, οἷα δὲ διώκσας· καὶ ὅτι ὡς αἰθνες ἄλλα ἐπ' ἄλλα ἐπιφορέμεναι κρύπτῃσι τὰ πρότερα· ἔτως ἐν τῷ βίῳ, τὰ πρότερα ὑπὸ τῶν ἐπενεχθέντων τάχιστα ἐκαλύφθη.

31. Exorna te simplicitate, modestia, adfectu aduersus res medias indifferenti. genus humanum dilige. Deo obsequere.

- - *Certa*, inquit ille, *decurrunt, omnia lege*. quid vero si elementa sola? meminisse suffecerit, lege certa pleraque ferri, aut paucis saltem duntaxat exceptis.

32. Ad mortem quod attinet, siue fuerit dissipatio, siue in atomos redactio, siue exinanitio; vel est extinctio, vel translatio.

33. De dolore *sic habeas*. si ferri non potest, interimit; si diutius durauerit, ferri potest. mens interim opinionis ope tranquillitatem seruat suam; nec deterior quidquam inde fit pars animi princeps. corporis vero membra, quae dolore sunt afflicta, ipsa, si quid possunt, de eo statuant.

34. Quod ad gloriam, animos eorum, *a quibus ea expectatur*, considera, et qualia tum fugiant, tum et sectentur. *illud item dispice*, sicut arenarum cumuli, alii aliis superingesti, priora abscondunt; perinde in vita contingere, ut antegressa a succedentibus quam celerrime abscondantur.

λε'. Πλατωνικόν ὡς ἐν ὑπάρχει διάνοια μεγαλο-
πρεπής, καὶ θεωρία παντός μὲν χρόνου, πάσης δὲ ἐστίας,
ἄρα οἷε τάττω μέγα τι δοκεῖ εἶναι τὸν ἀνθρώπινον βίον;
ἀδύνατον, ἢ δ' ὅς. ἐκὼν καὶ θάνατον ἔδεινόν τι ἡγή-
σεται ὁ τοιοῦτος. ἤκιστα γε.

λς'. Ἀντιθενικόν. βασιλικόν μὲν εὖ πράττειν,
πανῶς δὲ ἀκῶειν.

λζ'. Αἰχρὸν ἐστὶ, τὸ μὲν πρόσωπον ὑπήκοον εἶναι,
καὶ χηματίζεσθαι, καὶ κατακοσμεῖσθαι, ὡς κελεύει ἡ
διάνοια, αὐτὴν δ' ὑφ' ἑαυτῆς μὴ χηματίζεσθαι καὶ κατα-
κοσμεῖσθαι.

λη'. Τοῖς πράγμασιν γὰρ ἐχὶ θυμῷ εἶναι χρεῶν
Μέλει γὰρ αὐτοῖς εἶδέν.

λθ'. Ἀθανάτοις τε θεοῖς καὶ ἡμῖν χάσματα δοίης.
μ'. Βίον θείζειν, ὥςτε κάρπιμον εἶναι.

Καὶ τὸ μὲν εἶναι, τὸ δὲ μὴ.

μά'. Εἰ δ' ἡμελήθην ἐκ θεῶν καὶ παῖδ' ἐμῶ,
ἔχει λόγον καὶ τῷτο.

35. Platonis dictum. Cui igitur animus sublimis fuerit, quique et tempus omne, et substantiam omnem contempletur; numquid huic magnum quiddam putas posse videri hominis vitam? Fieri, inquit, non potest. Neque mortem igitur graue quid reputabit. Minime vero.

36. Antisthenis illud. Male audire, quum benefacias, regium est.

37. Indignum est, vultum animo obsequentem, pro eius imperio conformare et componere semet; ipsum autem animum ad sui ipsius arbitrium non conformari et componi.

38. Nam neutiquam hominem rebus irasci decet:
Nil quippe curant ipsae.

39. Diis leto exemptis ac nobis gaudia dones.

40. Spicas velut frugiferas, sic vitam meti:
Vt hic fit, ille non fit.

41. Si me meosque liberos dii negligant,
Huius etiam constat ratio.

μβ'. Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμῶ καὶ τὸ δίκαιον.

μγ'. Μὴ συνεπιθρηνεῖν, μὴ σφύζειν.

μδ'. Πλατωνικά. Ἐγὼ δὲ τέτῳ ἂν δίκαιον λόγον ἀντίποιμι· ὅτι ἔ καλῶς λέγεις, ὦ ἄνθρωπε, εἰ οἶες, δεῖν κίνδυνον ὑπολογίζεσθαι τῷ ζῆν ἢ τεθνήσκειν ἄνδρα, ὅτε τι καὶ σμικρὸν ὄφελος· ἀλλ' ἐκ ἐκείνου μόνον σκοπεῖν, ὅταν πρᾶτῃ, πότερον δίκαια ἢ ἀδίκῃ πρᾶτῃ, καὶ ἀνδρὸς ἀγαθῶ ἔργα ἢ κακῶ.

με'. Οὕτω γὰρ ἔχει, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῇ ἀληθείᾳ, ἔ ἂν τις αὐτὸν τάξῃ ἡγησάμενος βέλτιστον εἶναι, ἢ ὑπ' ἀρχοντος ταχθῇ, ἐνταῦθα δὲ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μένοντα κινδυνεύειν, μηδὲν ὑπολογιζόμενον, μήτε θάνατον, μήτε ἄλλο μηδὲν πρὸ τῶ αἰχρῶ.

μς'. Ἄλλ', ὦ μακάριε, ὅρα, μὴ ἄλλο τι τὸ γυναικῶν, καὶ τὸ ἀγαθόν, ἢ τὸ σώζειν τε καὶ σώζεσθαι. μὴ γὰρ τῷτο μὲν, τὸ ζῆν ὅποσονδὲ χρόνον τὸν γε ὡς ἀληθῶς ἄνδρα, ἐατέον ἐστὶ, καὶ ἔ Φιλοψυχητέον, ἀλλ' ἐπιτρέψαντα περὶ τῶν τῷ θεῷ, καὶ πιστεύσαντα ταῖς

42. *Aequum bonumque a me est.*

43. *Lamentantibus ne collamentaris, neque commonearis,*

44. *Platonis ista. Ego huic responsum hoc, iustumque illud, referrem. Parum recte censēs, mi homo, si hominem, qui vel vllius sit vsus, existimas, mortis vitaeque discrimen in numero aliquo habiturum; nec hoc duntaxat consideraturum, id quod agit, iustum, an iniustum, hominisque probi, an improbi sit.*

45. *Eiusdem.* Sic enim se reuera habet, viri Athenienses: quocumque loco semet collocauerit quis, statum eum sibi optimum ducens, aut a principe fuerit collocatus, eum hunc tueri (vti mihi viderur) oportet, etiamsi cum discrimine coniunctum id sit, nec vllius rei cuiusquam, ne mortis quidem, prae eo, quod est turpe, rationem habere.

46. *Eiusdem.* Verum, o bone vir, illud videris, annon aliud quid generosum esse bonumque existat, quam seruare et seruari. neque enim hoc est, quod, vir vere qui sit, tantopere expetere debeat, ut temporis tantumdem viuat; neque vitae oportet auidum esse; sed istis Deo permisis, et mu-

γυναιξίν, ὅτι τὴν εἰμαρμένην ἔδεις ἂν ἐκφυῖγοι, τὸ ἐπὶ τῷ σκεπτέον, τίνα ἂν τρόπον, τῷτον, ὃν μέλλει χρόνον βιώναι, ὡς ἄριστα βιώῃ.

μζ'. Περισκοπεῖν ἄσρων δρόμους, ὥσπερ συμπεριθέοντα· καὶ τὰς τῶν σοιχείων εἰς ἄλληλα μεταβολὰς συνεχῶς ἐννοεῖν. ἀποκαθαίρουσι γὰρ αἱ τῶν Φαντασίαι τὸν ῥύπον τῷ χαμαὶ βίῃ.

μη'. Καλὸν τὸ τῷ Πλάτῳ. καὶ δὴ περὶ ἀνθρώπων τὰς λόγους ποιῶμενον, ἐπισκοπεῖν δεῖ καὶ τὰ ἐπίγεια, ὥσπερ ποθὲν ἄνωθεν, κατὰ ἀγέλας, στρατεύματα, γεώργια, γάμους, διαλύσεις, γενέσεις, θανάτους, δικαστηρίων θόρυβον, ἐρήμους χώρας, βαρβάρων ἔθνη ποικίλα, ἐορτάς, θεήνους, ἀγοράς, τὸ παμμιγές, καὶ τὸ ἐκ τῶν ἐναντίων συγκοσμέμενον.

μθ'. Τὰ προγεγονότα ἀναθεωρεῖν· τὰς τοσαύτας τῶν ἡγεμονιῶν μεταβολὰς. ἔξεσι καὶ τὰ ἐσόμενα προσφορᾶν. ὁμοειδῆ γὰρ πάντως ἔσται, καὶ ἔχ' οἷόν τε ἐκβῆναι τῷ ῥυθμῷ τῶν νῦν γινομένων· ὅθεν καὶ ἴσον, τὸ

lierculis etiam fide habita, fieri non posse, vt fatum quisquam quoquo modo effugiat; hoc deinceps ei perpendendum, quomodo tempus hoc, quo victurus sit, quam optime exigat.

47. Astrorum cursus contemplare, tamquam vna cum illis circumactus. elementorum etiam mutationes mutuas animo iugiter reuolue. istiusmodi enim cogitationes vitae huius terrestreis fordes expurgant.

48. Praeclarum est et Platonis illud. Quin' et de hominibus sermonem instituentem, contemplari oportet, quasi de specula quadam desuper, terrestria quoque ista, per coetus, exercitus, agriculturas, nuptias, inducias, ortus, mortes, fori tumultus, loca deserta, barbarorum gentes varias, festa, funera, nundinas, miscelam omnigenam, *mundumque* ex rebus contrariis conflatum et instructum.

49. Praeterita recale, totque imperiorum mutationes. inde licet et futura prospicere. eiusdem enim generis omnino futura sunt; nec possunt eorum, quae nunc fiunt, modulum transgredi. proinde par est, per annos quadraginta vi-

τεσσαράκοντα ἔτεσιν ἰσορῆσαι τὸν ἀνθρώπινον βίον, τῷ ἐπὶ ἔτη μύρια. τί γὰρ πλεον ὄψει;

ν'. Καὶ τὰ ἐκ γῆς μὲν Φύντα, εἰς γαῖαν τὰ δ' ἀπ' αἰθέρις βλασόντα γένη, εἰς αἰθέριον πάλιν ἦλθε πόλον. ἢ τῆτο διάλυσις τῶν ἐν ταῖς ἀτόμοις ἀντεμπλοκῶν, καὶ τοιῦτός τις σκορπισμὸς τῶν ἀπαθῶν σοιχείων.

να'. Καὶ σίτοισι καὶ πότοις καὶ μαγγανεύμασι

Παρεκτρέποντες ὀχετὸν, ὥς μὴ θανεῖν.

Θεόθεν δὲ πνέοντ' ἄρον

Ἀνάγκη τλῆναι καμάτοις ἀνοδύροις.

νβ'. Καββαλιώτερος, ἀλλ' ἔχι κοινωνικώτερος, ἔδδ' αἰδημονέστερος, ἔδ' εὐτακτότερος ἐπὶ τοῖς συμβαλίνουσιν, ἔδδ' εὐμενέστερος πρὸς τὰ τῶν πλησίον παροράματα.

νγ'. Ὅπως ἔργον ἐπιτελεῖσθαι δύναται κατὰ τὸν κοινὸν θεοῖς καὶ ἀνθρώποις λόγον, ἐκεῖ οὐδὲν δεινόν· ὅπως γὰρ ὠφελείας τυχεῖν ἔξῃσι διὰ τῆς εὐοδόσης καὶ κατὰ τὴν κατασκευὴν προΐσσης ἐνεργείας, ἐκεῖ ἔδεμίαν βλάβην ὑφορατέον.

tam perlustrare humanam, atque per annorum decem millia. quid enim amplius sis visurus?

50. *Retroque meant, quae terra dedit. Iterum ad terram: at quod ab aethereo*

Venerat ortu, coeleste poli

Repetit templum. - - -

aut hoc est atomorum inuicem implexorum dissolutio, aut elementorum sensus expertium dispersio.

51. *Potu ciboque, atque id genus cupediis*

Cursum moramur, cita mors ne nos obruat.

Diuinitus at spirantem auram

Pati necesse est cum labore et lacrymis.

52. Est quisquam te luctae peritior. at *vide*, ne liberior *fit*, ne modestior, ne ad casus quosuis obsequentior, ne aduersus aliorum errata placidior.

53. Vbicumque effici poterit opus vllum secundum rationem eam, quae mortalibus est cum diis ipsis communis, nihil ibi potest esse graue. vbi enim fructum consequi licet actionis prospere fluentis, et iuxta conditionis propriae naturam progredientis, nulla ibi supereff damni suspicio.

νδ'. Πάνταχ' καὶ διηλεκῶς ἐπ' σοί ἐστι, καὶ τῇ παρέσῃ συμβάσει θεοσεβῶς εὐαρεστῆν, καὶ τοῖς παρῶσιν ἀνθρώποις κατὰ δικαιοσύνην προσφέρεισθαι, καὶ τῇ ἔσῃ Φαντασίᾳ ἐμφιλοτεχνεῖν, ἵνα μὴ τι ἀκατάληπτον παρειαρῇ.

νε'. Μὴ περιβλέπῃς ἀλλότρια ἡγεμονικά, ἀλλ' ἐκεῖ βλέπε κατ' εὐθὺ, ἐπὶ τί σὲ ἡ φύσις ὁδηγῇ, ἥ τε τῶ ὅλα δια τῶν συμβαινόντων σοι, καὶ ἡ σὴ, δια τῶν πρακτέων ὑπὸ σα. πρακτέον δὲ ἐκάστῳ τὸ ἐξῆς τῇ κατασκευῇ· κατεσκευάσαι δὲ τὰ μὲν λοιπὰ τῶν λογικῶν ἔνεκεν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ παντός ἄλλὰ τὰ χεῖρ τῶν κρείττωνων ἔνεκεν, τὰ δὲ λογικὰ ἀλλήλων ἔνεκεν. τὸ μὲν ἔν προηγμένον ἐν τῇ τῷ ἀνθρώπῳ κατασκευῇ τὸ κοινωνικὸν ἐστ'· δεύτερον δὲ τὸ ἀνένδοτον πρὸς τὰς σωματικὰς πείσεις. λογικῆς γὰρ καὶ νοερᾶς κινήσεως ἰδίου, περιορίζειν ἑαυτήν, καὶ μήποτε ἡττῶσθαι μήτε αἰσθητικῆς, μήτε ὀρμητικῆς κινήσεως· ζωώδεις γὰρ ἐκότεραι. ἡ δὲ νοερά ἐθέλει πρωτιστεύειν, καὶ μὴ κατακρατεῖσθαι ὑπ' ἐκείνων. δικαίως γε. πέφυκε γὰρ χρηστικὴ πᾶσιν ἐκεῖ-

54. Omni loco, omnique tempore, in te situm est, et in casu praesenti pie adquiescere, et cum hominibus praesentibus secundum ius fasque versari, et visa praesentia perite explorare, ne quid incompertum clam subrepat.

55. Nolito aliorum mentes circumspicere, sed eo recta intueri, quo natura te ducit; natura, *inquam*, vniuersi, in eis, quae tibi contingunt, et tua etiam, in eis, quae tibi sunt agenda. illud autem est vnicuique agendum, quod est conditioni ipsius consentaneum. porro, condita sunt, reliqua quidem rationalium gratia, quemadmodum et in re omni alia, deteriora praestantiorum; rationalia vero sui inuicem. itaque in hominis natura primum ac praecipuum est, societatem colere; secundum, corporis adfectionibus neitquam succumbere. est enim hoc motus rationalis et intellectualis proprium, circumscribere semet, et nec sensus, nec adfectus motibus vniquam superari: animalis enim vterque est. vis autem intellectualis principatum sibi vindicat, nec ab eis in ordinem redigi patitur. iure quidem. etenim *intellectus* natus est eis

νοις. τρίτον ἐν τῇ λογικῇ κατασκευῇ τὸ ἀπρόπτωτον καὶ ἀνεξαπάτητον. τῶν οὖν ἐχόμενον τὸ ἡγεμονικὸν εὐθέα περαινέτω, καὶ ἔχει τὰ ἑαυτῷ.

νς'. Ὡς ἀποτεθνηκότα δει, καὶ μέχρι νῦν βεβιωκότα, τὸ λοιπὸν ἐκ τῆ περιόντος ζῆσαι κατὰ τὴν φύσιν.

νζ'. Μόνον φιλεῖν τὸ ἑαυτῷ συμβαῖνον καὶ συγκλωθόμενον. τί γὰρ ἀρμοδιώτερον;

νη'. Ἐφ' ἐκάστῃ συμβάματος ἐκείνος πρὸ ὁμμάτων ἔχειν, οἷς τὰ αὐτὰ συνέβαινεν, ἔπειτα ἤχθοντο, ἐξενίζοντο, ἐμέμφοντο· νῦν ἔν ἐκείνοι πᾶ; ἔδαμᾶ· τί ἔν καὶ σὺ θέλεις ὁμοίως; ἔχι δὲ τὰς μὲν ἀλλοτρίας τροπὰς καταλιπεῖν τοῖς τρέπῃσι καὶ τρεπομένοις; αὐτὸς δὲ περὶ τὸ πῶς χεῖσθαι αὐτοῖς ὅλος γίνεσθαι; χεῖσθαι γὰρ καλῶς· καὶ ὕλη σε ἔσται· μόνον πρόσσεχε, καὶ θέλε σεαυτῷ καλὸς εἶναι· ἐπὶ παντός, οὐ πράσσεις· καὶ μέμνησθαι ἐμφοτέρων, ὅτι καὶ διάφορον, ἐφ' ᾧ ἡ πρᾶξις.

omnibus vti. tertium in natura rationali est, lapsu et errore immunem esse. his igitur adhaerens mens recta procedat, haberque, quidquid suum est.

56. Tamquam vita iam functus, eiusdemque munere defunctus plane, quod reliquum est, tamquam ex abundanti, naturae conuenienter fac viuas.

57. Id solum diligas, quod obuenit, et a fato destinatum est tibi. ecquid enim magis est congruum?

58. In omni casu eos ob oculos habeas, quibus eadem quum contigissent, aegre tulerunt, pro infueto habuerunt, quiritati sunt. at ubi tandem iam illi? nusquam plane. cur tu igitur horum similis esse velis? aut cur non potius motus alienos eis relinquas, qui his alios adficiunt et adficiuntur ipsi; ipse totus in hoc intentus, quo modo casibus istiusmodi vtare? etenim recte vti poteris; virtutisque materiam tibi suppeditabunt. tu tantum attende tibi, atque in omni actione tua bonum praestare te velis. denique in utroque horum memineris, medium quiddam esse illud, circa quod actio versatur,

νθ'. Ἐνδον βλέπει. ἔνδον ἡ πηγὴ τῷ ἀγαθῷ, καὶ αἰεὶ ἀναβλύειν δυναμένη, εἰάν αἰεὶ σκάπτῃς.

ξ'. Δεῖ καὶ τὸ σῶμα πεπηγέναι, καὶ μὴ διερρί-
φθαι, μήτε ἐν κινήσει, μήτε ἐν χέσει. οἷον γάρ τι ἐπὶ
τῷ προσώπῳ παρέρχεται ἡ διάνοια συνेतὸν αὐτὸ καὶ εὐ-
χνημον συντηρῆσα, τοιῷτο καὶ ἐπὶ ὅλῳ τῷ σώματος ἀπαι-
τητέον. πάντα δὲ ταῦτα σὺν τῷ ἀνεπιτηδεύτῳ φυλακτέα.

ξά'. Ἡ βιωτικὴ τῇ παλαιστικῇ ὁμοιοτέρα, ἥπερ τῇ
ὀρχησικῇ, κατὰ τὸ πρὸς τὰ ἐμπίπτοντα, καὶ οὐ προε-
γνωσμένα, ἔτοιμος καὶ ἀπτῶς ἐσάναι.

ξβ'. Συνεχῶς ἐφιστάναί, τίνες εἰσὶν οὗτοι, ὅφ' ὧν
μαρτυρεῖσθαι θέλεις, καὶ τίνα ἡγεμονικὰ ἔχουσιν. ἔτε
γὰρ μέμψῃ τοῖς ἀκασίως πταίεισιν, ἔτε ἐπιμαρτυρή-
σεως δεήσει, εἰ βλέπων εἰς τὰς πηγὰς τῆς ὑπολήψεως
καὶ ὁρμῆς αὐτῶν.

ξγ'. Πᾶσα ψυχὴ ἄκασα, φησὶν, τέρετα ἀλη-
θείας· ἔτως ἔν καὶ δικαιοσύνης, καὶ σωφροσύνης, καὶ
εὐμενείας, καὶ παντὸς τῷ τοιούτῳ. ἀναγκαιοτάτον δὲ τὸ

59. Introspecte te. intus est boni fons, qui perenniter
scatebit, si iugiter foderis.

60. Corpus etiam fixum esse oportet, ut nec motu, nec
gestu, temere iactetur. quale enim in vultu specimen sui ex-
hibet mens, dum scire eam atque decenter componit; tale
quiddam et in toto corpore exigitur. caeterum ista citra ad-
fectionem sunt obseruanda.

61. Ars viuendi est luctatoriae, quam saltatoriae, simi-
lior: *quum in hoc sit posita*, ut aduersus contingentia impro-
uisa in procinctu semper quis ac immotus consistat.

62. Crebro tecum perpende, qualesnam sint, a quibus
probari et praedicari velis, qualique sint mente praediti. ita
neque aut incusabis eos, ubi impingunt inuiti, nec approba-
tionem eorum expetes, si opinionis adfectuumque fontes,
quos habeant, perspexeris.

63. *Omnis anima*, inquit ille, *veritate priuatur inuita*:
quin et iustitia pariter, et temperantia, et aequanimitate, et

διηνεκῶς τάττα μεμνήσθαι· ἔση γὰρ πρὸς πάντας πρά-
τερος.

ξδ'. Ἐπὶ μὲν παντὸς πόνου πρόχειρον ἔσω, ὅτι
ἐκ αἰχρὸν, ἐδὲ τὴν διάνοιαν τὴν κυβερνᾶσαν χεῖρ
ποιεῖ· ἔτε γὰρ, καθὸ ὑλική ἐστιν, ἔτε καθὸ κοινωνικὴ,
διαφθείρει αὐτήν· ἐπὶ μέντοι τῶν πλείων πόνων καὶ
τὸ τῷ Ἐπικύρῳ σοι βοηθεῖω, ὅτι ἔτε ἀφόρητον, ἔτε
αἰώνιον, ἐν τῶν ὄρων μνημονεύης, καὶ μὴ προσδοξάζης·
κακείνους δὲ μέμνησο, ὅτι πολλὰ, πόνῳ τὰ αὐτὰ ὄντα,
λανθάνει δυσχεραίνόμενα, οἷον τὸ νυσάζειν, καὶ τὸ καυ-
ματίζεσθαι, καὶ τὸ ἀνορεκτεῖν· ὅταν ἔν τινι τῶν δυσ-
αρεστῆς, λέγε ἑαυτῷ, ὅτι πόνῳ ἐνδίδως.

ξε'. Ὅρα, μήποτε τοιοῦτον πάθης πρὸς τὰς ἀπαν-
θρώπους, οἷον οἱ ἀνθρώποι πρὸς τὰς ἀνθρώπους.

ξς'. Πόθεν ἴαμεν, εἰ τηλαύγης Σωκράτης, καὶ διά-
θεσιν κρείστων ἦν· ἔ γὰρ ἀρκεῖ, εἰ Σωκράτης ἐνδοξό-
τερον ἀπέθανεν, καὶ ἐντρεχέστερον τοῖς σοφισταῖς διελέ-
γετο, καὶ καρτερικώτερον ἐν τῷ πάγῳ διενυκτέρευεν,

huiusmodi quavis virtute. hoc iugiter meminisse cum pri-
mis necessarium est. eris enim erga omnes mitior.

64. In dolore omni hoc praesto fit, nec turpem eum ef-
fe, nec mentem gubernatricem facere deteriorem. neque
enim eam, aut quatenus materiale quiddam, aut quatenus
societatis est studiosa, corrumpit. in plerisque vero horum
Epicuri illud tibi adfit, nec intolerandum, nec aeternum esse,
si terminorum memor fueris, nec opinionem adieceris. illud
etiam memineris, multa taedio nos adficere, quae non ad-
uertimus eandem, quam dolor, rationem habere, verbi gra-
tia, dormire, *quando vigilare libet*, aestu adfici, fastidio la-
borare. quoties ergo horum aliquid aegre fers, dic tibi, do-
lori succumbere te.

65. Caue, erga inhumanos sic adficiaris, quomodo ipsi
erga homines solent.

66. Vnde constat nobis, Socratem clara fuisse reliquis-
que praestantiore indole? neque enim hoc sufficit, quod
mortem gloriosissime oppetebat; aut quod cum sophistis acu-
tissime diserebat; aut quod in frigore summo patientissime

καὶ τὸν Σαλαμίνιον κελευθεὶς ἄγειν γενναιότερον ἔδο-
ξεν ἀντιβῆναι, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐβρενθύετο· περὶ ἧ καὶ
μάλιστα ἂν τις ἐπισήσειεν, εἴπερ ἀληθὲς ἦν· ἀλλ' ἐκείνο
δὲ σκοπεῖν, ποίαν τινὰ τὴν ψυχὴν εἶχε Σωκράτης, καὶ
εἰ ἐδύνατο ἀρκεῖσθαι τῷ δίκαιος εἶναι τὰ πρὸς ἀνθρώ-
που, καὶ ὅσιος τὰ πρὸς θεῶς, μήτε εἰκὴ πρὸς τὴν κα-
λίαν ἀγανακτῶν, μηδὲ μὴν δαλεύων τινὸς ἀγνοία, μήτε
τῶν ἀπονεμομένων ἐκ τῆ ἔλθῃ ὡς ξένον τι δεχόμενος, ἢ
ὡς ἀφόρητον ὑπομένων, μήτε τοῖς τῆ σαρκιδίᾳ πάθειν
ἐμπαρέχων συμπαθῇ τὸν νῦν.

ΞΖ'. Ἡ φύσις ἧχ' ἔτας συνεκέρασε τῷ συγκρη-
ματι, ὡς μὴ ἐφείδαι περιορίζειν ἑαυτὸν, καὶ τὰ ἑαυτῆ
ὕφ' ἑαυτῷ ποιῶσθαι· λίαν γὰρ ἐνδέχεται θεῖον ἄνδρα
γενέσθαι, καὶ ὑπὸ μηδενὸς γνωριῶναι· τέττα μέμνησο
αἰ, καὶ ἔτι ἐκείνῃ, ὅτι ἐν ὀλγίσοις κείται τὸ εὐδαιμό-
νως βιώσθαι. καὶ μὴ, ὅτι ἀπῆλπισας διαλεκτικός καὶ Φυ-
σικός ἔσθαι, διὰ τῆτο ἀπογνῶς, καὶ ἐλεύθερος, καὶ αἰ-
δήμων, καὶ κοινωνικός, καὶ εὐπειθὲς Θεῷ.

sub dio pernoctabat; aut quod Salaminium illum sistere ius-
sus, resistere generosissime malebat; aut quod per compita
fastuose incedebat; quod tamen an verum fuerit, merito du-
bitaueris. verum illud considerare oportet, quo modo adfe-
ctam animam habuerit Socrates. vtrum hoc contentus agere
poterat, quod in rebus humanis iustus, in diuinis pius exis-
teret, nec malitiae cuiusquam frustra indignatus, nec cuius-
quam inscitiae adsentatus, nec ab vniuerso adsignatum quid-
quam, aut tamquam peregrinum quid excipiens, aut tamquam
intolerandum sustinens, nec carunculae adfectionibus men-
tem passus coadfici.

67. Non ita commisit natura compagem tui, vt tibi ne-
queas terminos figere, et, quae tui sunt muneris, per te ex-
sequi. omnino enim fieri potest, vt diuinus homo quis fit, et
ignotus tamen cunctis degat. hoc semper memineris; sed et
illud, paucissimis ad beate viuendum opus esse. quodque,
etiamsi desperes dialecticae, aut naturalis scientiae peritiam,
nihil esse tamen, quod animum despondeas, quasi liber et mo-
destus fieri nequeas, et communitatis cultor, et obsequens Deo.

ΞΉ. Ἀβιάτως διαζῆσαι ἐν πλείῃ θυμηδία, καὶ πάντες καταβοῶσιν, ἅτινα βέλονται, καὶ τὰ θηρία διασπᾶ τὰ μελύδρια τῷ περιτεθραμμένῳ τάτῃ Φυράματος. τί γὰρ κωλύει, ἐν πᾶσι τῆτοις τὴν διάνοιαν σώζειν ἑαυτὴν ἐν γαλήνῃ, καὶ κρίσει περὶ τῶν περιεσηκότων ἀληθεῖ, καὶ χρήσει, τῶν ὑποβεβλημένων ἐτοίμῃ; ὥστε τὴν μὲν κρίσιν λέγειν τῷ προσπίπτοντι· τῷτο ὑπάρχεις κατ' ἑστίαν, καὶ κατὰ δόξαν ἀλλοῖον Φάνη· τὴν δὲ χρῆσιν λέγειν τῷ ὑποπίπτοντι· σὲ ἐζήτην· αἰεὶ γὰρ μοι τὸ παρὸν ὕλη ἀρετῆς λογικῆς καὶ πολιτικῆς, καὶ τὸ σύνολον τέχνης ἀνθρώπων, ἢ θεῶν. πᾶν γὰρ τὸ συμβαῖνον, θεῶν, ἢ ἀνθρώπων ἐξοικειῖται, καὶ οὔτε καινόν, ὅτε δυσμέταχειρίζον, ἀλλὰ γνώριμον καὶ εὐεργές.

ΞΘ'. Τῷτο ἔχει ἡ τελειότης τῷ ἥθους, τὸ πᾶσαν ἡμέραν ὡς τελευταίαν διεξάγειν, καὶ μήτε σφύζειν, μήτε ναρκᾶν, μήτε ὑποκρίνεσθαι.

ο'. Οἱ θεοὶ, ἀθάνατοι ὄντες, ἔδουχεραίνουσιν, ὅτι ἐν τοσάτῳ αἰῶνι δεήσει αὐτὰς πάντως αἰεὶ τοιούτων ὄντων

68. Vi omni immunem, in summa animi hilaritate, vitam transigere licet, etiam si, quae libuerit, aduersus te vociferentur homines, vniuersi, etiam si massae istius corporeae coalitae et circumdatae tibi membra ferae discerpant. quid enim obstat, quo minus inter haec omnia mens tranquillam se seruet, de rebus circumstantibus vere iudicet, obiectisque commode utatur? ut iudicium occurrenti ac irruenti rei cuius dicat: hoc es reuera, etiam si opinione aliusmodi esse videaris: vsus dicat eidem: te quaerebam. etenim semper mihi praesens res omnis materiam praebet virtutis rationalis et specialis, artisque prorsus, vel humanae, vel diuinae, *exercendae*. si quidem quidquid contingit, vel ad hominem spectat, vel ad Deum, nec aut nouum est, aut tractatu difficile, sed familiare et facile.

69. Hoc in se habet morum perfectio, quod diem omnem tamquam nouissimum exigit, nec aut festinat, aut torpescit, aut simulare quidquam agit.

70. Dii, immortales quum sint, non aegre ferunt tamen, quod per aeuum tam immensum ipsos oporteat omni-

καὶ τοσούτων Φαύλων ἀνέχεσθαι· προσέτι δὲ καὶ κήδονται αὐτῶν παντοίως. σὺ δὲ, ὅσον ἐδέπω λήγεις μέλλων, ἀπαυδάς; καὶ ταῦτα, εἰς ὧν τῶν Φαύλων;

οἱ α'. Γελοῖόν ἐστι, τὴν μὲν ἰδίαν κακίαν μὴ Φεύγειν, ὃ καὶ δυνατόν ἐστι· τὴν δὲ τῶν ἄλλων Φεύγειν, ὅπερ ἀδύνατον.

οἱ β'. "Ὁ ἂν ἡ λογικὴ καὶ πολιτικὴ δύναμις εὐρίσκη μῆτε νοσῶν, μῆτε κοινωνικόν, εὐλόγως καταδεέστερον ἐαυτῆς κρίνει.

οἱ γ'. "Ὅταν σὺ εὖ πεποικῶς ᾖς, καὶ ἄλλος εὖ πεπονθῶς, τί ἔτι ζητεῖς τρίτον παρὰ ταῦτα, ὥσπερ οἱ μωροὶ, τὸ καὶ δόξα εὖ πεποικέναι, ἢ τὸ ἀμοιβῆς τυχεῖν;

οἱ δ'. Οὐδεὶς κάμνει ὠφελόμενος. ὠφέλεια δὲ πρᾶξις κατὰ φύσιν. μὴ ἔν κάμνε ὠφελόμενος, ἐν ᾧ ὠφελῆεις.

οἱ ε'. Ἡ τὰ ὅλα φύσις ἐπὶ τὴν κοσμοποιίαν ὥρμησεν· νῦν δὲ ἥτοι πᾶν τὸ γινόμενον κατ' ἐπακολούθησιν γίνεται, ἢ ἀλόγιστα καὶ τὰ κυριώτατά ἐστιν, ἐφ' ᾧ ποιεῖται ἰδίαν

no, tot talesque qui sint, improbos iugiter sustinere. immo, quod amplius est, omnimodam horum curam gerunt. tu vero, qui mox es desiturus, *malos tolerando* defertis? idque quum ex eorum ipse sis numero.

71. Ridiculum est, malitiam quum tuam, quod potes, non effugias, fugere te *velle*, quod non potes, alienam.

72. Quidquid intellectualis socialisque facultas, nec ad intellectum, nec ad usum socialem facere deprehenderit, id ipsum inferius se merito iudicat.

73. Vbi bene tu alicui fecisti, et beneficio ille adfectus est, quid stultorum instar testium quidpiam ultra haec quaeras, puta, benefici hominis existimationem, aut beneficii accepti remunerationem?

74. Emolumentum capiendo nemo defatigatur. atqui emolumentum est actio omnis naturae consentanea. noli ergo defatigari emolumentum in eo capiendo, quod alteri praestas.

75. Ad mundum condendum vniuersi natura olim se intendit. nunc vero, quidquid fit, consequentiae necessariae lege certa producit, aut principalia etiam illa, ad quae

ὁρμῇ τὸ τῷ κόσμῳ ἡγεμονικόν. εἰς πολλά σε γαλήνῃ
τερον ποιήσει, τῷτο μνημονευόμενον.

mundi mens peculiariter intenta est, ratione nulla gubernan-
tur. in multis tranquilliores fecerit te, hoc in memoria si
habueris.

ΒΙΒΛΟΣ η'.

ΚΑΙ τῷτο πρὸς τὸ ἀκονόδοξον φέρεται, ὅτι ἐκ ἐτι δύ-
νασαι τὸν βίον ὅλον, ἢ τὸν γε ἀπὸ νεότητος, φιλόσοφον
βεβιωκέναι· ἀλλὰ πολλοῖς τε ἄλλοις, καὶ αὐτὸς σεαυ-
τῷ δηλὸς γέγονας, πόρῳ φιλοσοφίας ὦν. πέφυκσαι ἔν-
ῳς τὴν μὲν δόξαν τὴν τῷ φιλοσόφῳ κτήσασθαι, ἐκτε-
σαι ῥάδιον· ἀνταγωνίζεται δὲ καὶ ἡ ὑπόθεσις· εἴπερ ἔν-
ἀληθῶς ἐώρακας, πᾶ κείται τὸ πρᾶγμα, τὸ μὲν, τί δό-
ξεις, ἄφες· ἀρκέσθῃ δὲ, εἰ καὶ τὸ λοιπὸν τῷ βίῳ, ὅσον
δήποτε ἡ σὴ φύσις θέλει, βιώσῃ. κατανόησον ἔν, τί
θέλει, καὶ ἄλλο μηδὲν περισπάτω· πεπείρασται γὰρ,
περὶ πόσα πλανηθεῖς, ἔδαμ᾽ εὖρες τὸ εὖ ζῆν· ἐκ ἐν
συλλογισμοῖς, ἐκ ἐν πλάτῳ, οὐκ ἐν δόξῃ, ἐκ ἐν ἀπο-

LIBER VIII.

HOC etiam ad inanis gloriae studium minuendum condu-
cit, quod vitam totam, eam saltem, quae a iuuentute
hactenus transiit, non potes praestare philosophice ductam.
siquidem quum aliis haud paucis, tum et tibi ipsi compertum
est, a philosophia longe te abesse. conturbatae sunt itaque
rationes tuae: neque adeo aut facile est tibi philosophi exi-
stimationem comparare; et vitae etiam institutum aduersa-
tur. proinde si vere perspexisti, in quo res ipsa sita sit, missa
existimatione, in hoc duntaxat incumbe, ut vitae quod super-
est, quantulumcumque id fuerit, pro naturae tuae ductu ac
dictamine transigas. tu itaque, illa quid velit, intueri. nec
te aliud quidquam molestum habeat. etenim expertus iam
es, per quam multa diuagatus vitam bonam beatamque nus-
quam inueneris; non in syllogismis, non in diuitiis, non in

λαύσει, ἔδαμῃ. πῶς ἔν ἐστιν; ἐν τῷ ποιεῖν, ἢ ἐπιζητεῖ
ἢ τῇ ἀνθρώπων φύσει; πῶς οὖν ταῦτα ποιήσει; ἐπὶ
δόγματα ἔχη, ἀφ' ὧν αἱ ὁρμαὶ καὶ αἱ πράξεις. τίνα
δόγματα; τὰ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν ὡς ἔδενός μὲν
ἀγαθῷ ὄντος ἀνθρώπῳ, ὃ ἔχει ποιεῖ δίκαιον, σώφρονα,
ἀνδρείον, ἐλευθέραν, ἔδενός δὲ κακῷ, ὃ ἔχει ποιεῖ τὰν-
αντία τοῖς εἰρημένοις.

β'. Καθ' ἐκάστην πράξιν ἐρώτα σεαυτὸν, πῶς μοι
αὕτη ἔχει; μὴ μετανοήσω ἐπ' αὐτῇ; μικρὸν, καὶ τέθνη-
κα, καὶ πάντ' ἐκ μέσθ'. τί πλέον ἐπιζητῶ, εἰ τὸ παρὸν
ἔργον ζῶς νοεῖ, καὶ κοινωνικῶ καὶ ἰσονόμῳ θεῷ.

γ'. Ἀλέξανδρος δὲ, καὶ Γάιος, καὶ Πομπήιος, τί
πρὸς Διογένη, καὶ Ἡράκλειτον, καὶ Σωκράτην; οἱ μὲν
γὰρ εἶδον τὰ πράγματα, καὶ τὰς αἰτίας, καὶ τὰς ὕλας,
καὶ τὰ ἡγεμονικά ἦν αὐτῶν ταῦτά· ἐκεῖ δὲ ὅσων πρό-
νοια; καὶ δελεῖα πόσων;

δ'. Ὅτι οὐδὲν ἦττον τὰ αὐτὰ ποιήσῃσι, καὶ σὺ
διαρραγῇς.

gloria, nec in voluptate, nec ullibi. in quonam ergo consti-
stit? in eis faciendis, quae exigit natura humana. at haec
quomodo quis faciat? si decreta nactus sit, a quibus appeti-
tiones actusque *istiusmodi profluunt*. quonam, *inquis*, decre-
ta? de bonis malisque, ut nihil nimirum homini bonum cen-
seat, quod non iustum, temperantem, fortem, liberalem fa-
ciat, nihil malum, quod non istis contrarium.

2. In omni actione interroga te, quomodo ista mihi sese
habet? num futurum est, ut eius poeniteat me? prope adest
tempus, quo moriturus sum, omniaque mihi transitura. quid
ergo exopto ulterius, si illud, quod impraesentiarum ago,
opus sit animantis rationalis, socialis, eademque cum Deo
ipso lege agentis.

3. Alexander, Caius, Pompeius, quid ad Diogenem, He-
raclitum, Socratem? isti siquidem res ipsas perfectas habe-
bant, formasque earundem et materias. atque hoc modo in-
structae erant mentes horum. illis vero, de quam multis sol-
licitos esse necesse fuit? quam multis rebus inferuire?

4. Eadem nihilominus facturos *memineris*, etiamsi tu te
ruperis.

ε'. Τὸ πρῶτον μὴ ταράσσῃ· πάντα γὰρ κατὰ τὴν τῷ ὅλῃ φύσιν· καὶ ὀλίγα χρόνῳ ἑδεῖς ἑδάμῃ ἔσῃ· ὥσπερ ἑδὲ Ἀδριανός, ἑδὲ Αὐγύστης. ἔπειτα ἀτενίσας εἰς τὸ πρᾶγμα, ἴδῃ αὐτὸ καὶ συμνημονεύσας, ὅτι ἀγαθόν σε ἄνθρωπον εἶναι δεῖ, καὶ τί τῷ ἀνθρώπῳ ἡ φύσις ἀπαιτεῖ, πρᾶξον τῷτο ἀμετασρεπτί. καὶ εἰπὲ, ὡς δικαιοτάτον φαίνεται σοι μόνον; εὐμενῶς, καὶ αἰδημόνως, καὶ ἀνυποκρίτως.

ς'. Ἡ τῶν ὅλων φύσις τῷτο ἔργον ἔχει, τὰ ὧδα ὄντα ἐκῇ μετετιθέναί, μεταβάλλειν, αἶρειν ἔνθεν, καὶ ἐκεῖ φέρειν. πάντα τροπαί· οὐχ ὥστε φοβηθῆναι, μή τι καινόν· πάντα συνήθη· ἀλλὰ καὶ ἴσαί αἱ ἀπονεμήσεις.

ζ'. Ἀρκεῖται πᾶσα φύσις ἑαυτῇ εὐδότη· φύσις δὲ λογικὴ εὐοδεῖ, ἐν μὲν φαντασίαις, μήτε ψευδεῖ, μήτε ἀδήλῳ συγκατατιθεμένη· τὰς ὁρμαῖς δὲ ἐπὶ τὰ κοινωνικὰ ἔργα μόνᾳ ἀπευθύνουσα· τὰς ὀρέξεις δὲ καὶ ἐγκλίσεις τῶν ἐφ' ἡμῖν μόνον πεποιημένη· τὸ δὲ ὑπὸ τῆς κοινῆς φύσεως ἀπονεμόμενον πᾶν ἀσπαζομένη. μέρος

5. In primis ne commouearis. *obueniunt* enim secundum rerum naturam vniuersa: ipse autem paullo post, nullus, nusquam futurus es: quomodo et Hadrianus, et Augustus. tum rem ipsam penitius intuitus, eam in se considera, simul memento, probum esse te oportere. quod autem hominis a te natura exigit, hoc constanter facito, quodque iustissimum videbitur, loquitor; placide duntaxat, modeste, citraque dissimulationem.

6. Vniuersi natura hoc solemne habet: quae istis existunt, illo transferre, res mutare, hinc tollere, illic deponere, omnia vices has subeunt: visitata sunt omnia, ut metuendum non sit, ne quid noui emergat. Similis denique omnibus de istis lex.

7. Natura omnis sese prospere procedente contenta est: prospere autem procedit rationalis natura, ubi in cogitando nec falso, nec incerto adsentitur, impulsus suos ad opera, quae societatem iuuent, sola dirigit, appetitiones et auersiones, ad ea sola, quae in nobis sita sunt, adhibet, a rerum natura denique, quidquid assignatum fuerit, amplectitur.

γὰρ αὐτῆς ἐστίν· ὡς ἡ τῷ φύλλῳ φύσις τῆς τῷ φυτῷ φύσεως, πλὴν ὅτι ἐκεῖ μὲν ἡ τῷ φύλλῳ φύσις μέρος ἐστὶ φύσεως, καὶ ἀναιδιότης, καὶ ἀλόγος, καὶ ἐμποδίζουσα δυναμένης. ἡ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ φύσις μέρος ἐστὶ ἀνεμποδίστης φύσεως καὶ νοεῖας καὶ δικαίας· εἶγες ἴσως καὶ κατ' ἀξίαν τῆς μερισμῶς χρόνων, ἁσίας, αἰτίης, ἐνεργείας, συμβάσεως, ἐκάστοις ποιεῖται· σκοπεῖ δὲ, μὴ εἰ τὸ πρὸς τὸ ἐν ἴσον εὐρήσεις ἐπὶ παντός, ἀλλὰ εἰ συλλήβδην τὰ πάντα τῷδε, πρὸς ἀθρόα τὰ τῷ ἑτέρῳ.

ἦ. Ἀναγινώσκειν ἔκ ἐξέστιν. ἀλλὰ ὕβρει ἀνεύργειν ἔξέστιν. ἀλλὰ ἡδονῶν καὶ πόνων καθυπερετερεῖν ἔξέστιν. ἀλλὰ τῷ δοξαρίῳ ὑπεράνω εἶναι ἔξέστιν· ἀλλὰ ἀναιδιότητος καὶ ἀχαρίστους μὴ θυμῷσαι, προσέτι κήδεσθαι αὐτῶν ἔξέστιν.

θ. Μηκέτι σε μηδεὶς ἀκῆσθι καταμεμφομένην τὸν ἐν αὐτῇ βίον, μηδὲ τὸν σεαυτῷ.

ι. Ἡ μετάνοιά ἐστιν ἐπιληψίς τις ἑαυτῷ, ὡς χρησιμὸν τι παρεϊκότος· τὸ δὲ ἀγαθὸν χρησιμὸν τι δεῖ εἶναι, καὶ ἐπιμελητέον αὐτῷ τῷ ἀγαθῷ καὶ καλῷ ἀν-

huius enim pars est, vt folii natura pars naturae est arboris, hoc tantum interest, quod ibi folii natura pars est naturae sensus rationisque exfortis, et impedimento obnoxiae, quum hominis natura pars sit naturae impediri nesciae, rationalis, iustae. haec autem et tempora, et materiam, et formam, et facultates, et casus, ex aequo distribuit singulis quibusque pro vniuscuiusque dignitate. id quod deprehendere licebit, si non seorsim vnum aliquod in re vlla consideraueris, sed istius omnia cum alterius alicuius confertim sumtis contuleris.

8. *Adeo es illiteratus*, vt nec legere possis. at potes contumelia abstinere, potes voluptate et dolore superiorem te praestare, potes gloriolam nihili facere, potes stupidis et ingratis non succensere, immo et illorum curam gerere.

9. Nemo, aut vitam aulicam, aut tuam etiam, insimulantem te audiat.

10. Poenitentia est sui ipsius reprehensio quaedam, vt qui vtile aliquid omiserit: bonum autem quodque necessario etiam est vtile; quodque est eiusmodi, id viro bono prob-

δεῖ· εἰδείς δ' αὖν καλὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ μετανοήσειεν,
ἐπὶ τῷ ἡδονῇ τινα παρεικέναι· ἔτε ἄρα χρεῖσιμον, ἔτε
ἀγαθὸν ἡδονή.

ια'. Τῆτο τί ἐστὶν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τῇ ἰδίᾳ κατα-
σκευῇ; τί μὲν τὸ ὀσιῶδες αὐτῷ καὶ ὑλικόν; τί δὲ τὸ
αἰτιῶδες; τί δὲ ποιεῖ ἐν τῷ κόσμῳ; πόσον δὲ χρόνον
ὑφίσταται;

ιβ'. Ὅταν ἐξ ὕπνου δυσχερῶς ἐγείρῃ, ἀναμμνή-
σκῃ, ὅτι κατὰ τὴν κατασκευὴν σὺ ἐστὶ, καὶ κατὰ τὴν
ἀνθρωπικὴν φύσιν, τὸ πράξεις κοινωνικὰς ἀποδιδόναι,
τὸ δὲ καθεύδειν κοινὸν καὶ τῶν ἀλόγων ζώων· ὃ δὲ
κατὰ φύσιν ἐκάστω, τῆτο οἰκειότερον καὶ προσφύεστερον,
καὶ δὴ καὶ προσσηνέστερον.

ιγ'. Διηνεκῶς καὶ ἐπὶ πάσῃς, εἰ οἷόν τε, Φαντασίας
Φυσιολογεῖν, παθολογεῖν, διαλεκτικεύεσθαι.

ιδ'. Ὡς αὖν ἐντυγχάνῃς, εὐθύς σαυτῷ πρόλεγε·
ἔτος τίνα δόγματα ἔχει περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν; ἢ
γὰρ περὶ ἡδονῆς καὶ πόνου, καὶ τῶν ποιητικῶν ἐκατέρω,

que curae esse oportet. at neminem virum bonum probum-
que poenituerit, quod voluptatem umquam ullam omiserit.
neque vtile itaque, neque bonum voluptas est.

11. Hoc quidnam in se est ex constitutione sua? quae-
nam illius substantia, siue materia? quae forma? quid in mun-
do facit? quamdiu consistit?

12. Quando somnum grauatim excutis, reminiscere, et
conditioni tuae et naturae humanae consentaneum esse, ut
actiones ad communitatem conducentes edas, quum dormire
etiam brutis animantibus commune sit. quod autem est na-
turae cuiusque consentaneum, hoc et familiarius, et aptius,
et iucundius est utique.

13. Adfidue, in omni, quantum potes, viso menti obla-
to, considera, quanam eius natura, ad mores quid faciat,
quid in se habeat veritatis.

14. Vbi quemquam conueneris, statim tu tecum: iste
quanam habet de bonis malisque decreta? qui enim de vo-
luptate ac dolore, et efficientibus vtriusque, vel de fama et

καὶ περὶ δόξης, ἀδοξίας, θανάτου, ζωῆς, τοιαύδε τινα δόγματα ἔχειν, ἔδεν θαυμάσων, ἢ ξένον μοι δόξει, εἰάν τάδε τινα ποιῇ· καὶ μεμνήσομαι, ὅτι ἀναγκάζεται οὕτως ποιεῖν.

16. Μέννησο, ὅτι, ὥσπερ αἰχρὸν ξενίζεσθαι, εἰ ἡ συκῇ σῦκα φέροι, ἔτως, εἰ ὁ κόσμος τάδε τινα φέροι, ὧν ἐστὶ φορὸς· καὶ ἰατρῶ δὲ καὶ κυβερνήτῃ αἰχρὸν ξενίζεσθαι, εἰ πεπύρεχεν ἔτος, ἢ εἰ ἀντίπνοια γέγονεν.

17. Μέννησο, ὅτι καὶ τὸ μετατίθεσθαι καὶ ἔπεσθαι τῷ διορθῶντι ὁμοίως ἐλεύθερόν ἐστι. σὴ γὰρ ἐνέργεια κατὰ τὴν σὴν ὁρμὴν καὶ κρίσιν, καὶ δὴ καὶ κατὰ ἔθνη τὸν σὸν περαινομένη.

18. Εἰ μὲν ἐπὶ σοί, τί αὐτὸ ποιεῖς; εἰ δὲ ἐπ' ἄλλῳ, τί μὲν φησι; τοῖς ἀτόμοις, ἢ τοῖς θεοῖς; ἀμφοτέρω μανιώδη. ἔδεν μὲν μὲν γὰρ δύνασαι, διορθῶσον τόδε πρᾶγμα αὐτό. εἰ δὲ τῆτο μὴ δύνασαι, πρὸς τί ἔτι σοι φέροι τὸ μέμψασθαι; εἰκὴ γὰρ ἔδεν ποιητέον.

ignominia, morte et vita, decreta istiusmodi habeat, si huiusmodi fecerit, nihil mirum mihi nouumque videbitur. simul et hoc succurret, necessario facere illum, quae facit.

15. Memineris, aequè turpe esse, mirari quemquam, tamquam de re insueta, quod ea mundus, quorum ferax est, profert; ac mirari quemquam, quod ficus ficus ferat, aut mirari medicum, quod quis febricitauerit, gubernatorem, quod ventus aduersus flauerit.

16. Memineris, aequè tibi liberum esse, *sententiam* mutare, et corrigenti parere, *atque in re coepta vlla persistere*. etenim et haec tua est operatio, *utpote* quae iuxta intentionem iudiciumque tuum, atque adeo ex animi etiam tui sententia perficiatur.

17. Si tui istud est arbitrii, cur facis? sin alterius, quem inculcas? atomos, an deos? infani vtrumque est. nemo igitur est inculandus, siquidem enim potes, rem ipsam corrige. sin minus, quid tibi queri profuerit? nihil autem est agendum frustra.

17. ἦ. Ἐξω τῷ κόσμῳ τὸ ἀποθανόν εἰ πίπτει. εἰ ὥδε μένει καὶ μεταβάλλει, ὥδε καὶ διαλύεται εἰς τὰ ἴδια, ἃ στοιχεῖά ἐστι τῷ κόσμῳ καὶ σά. καὶ αὐτὰ δὲ μεταβάλλει, καὶ εἰ γογγύζει.

18. Ἐκαστον πρὸς τι γέγονεν, ἵππος, ἄμπελος· τί θαυμάζεις; καὶ ὁ ἥλιος ἔρεϊ, πρὸς τι ἔργον γέγονα, καὶ οἱ λοιποὶ θεοί. σὺ δὲ πρὸς τί; τὸ ἡδεσθαι; ἴδε, εἰ ἀνέχεται ἡ ἔννοια.

19. Ἡ Φύσις ἐσόχασαί ἐκάστῳ, εἰδέν τι ἔλαστον τῆς ἀπολήξεως, ἢ τῆς ἀρχῆς τε καὶ διεξαγωγῆς, ὡς ὁ ἀναβάλλων τὴν σφαῖραν· τί δὲ ἀγαθὸν τῷ σφαιρίῳ ἀναφερομένῳ, ἢ κακὸν καταφερομένῳ, ἢ καὶ πεπτωκότι; τί δὲ ἀγαθὸν τῇ πομφόλυγι συνεσώσῃ, ἢ κακὸν, διαλυθείσῃ; τὰ ὅμοια δὲ καὶ ἐπὶ λύχνῳ.

20. Ἐκτρέψον, καὶ θέασαί, οἷόν ἐστι, γηράσαν δὲ οἷον γίνεται, νοσῆσαν δὲ, πορνεύσαν· βραχύβιον δὲ καὶ ὁ ἐπαινῶν καὶ ὁ ἐπαινέμενος, καὶ ὁ μνημονεύων, καὶ ὁ μνημονεύμενος. προσέτι δὲ καὶ ἐν γωνίᾳ τέττε τῷ κλίματος.

18. Nihil, quod moritur, mundo excidit. istic autem si manet ac mutat, istic et in sua, quae et mundi et tui eadem sunt, elementa resoluitur. atque haec quoque mutant, nec murmurant tamen.

19. Ad opus aliquod natum est vnumquodque, puta, equus, vitis. quid miraris? sol etiam ipse, diique reliqui ad opus aliquod exstirare. tu ergo ad quid? numquid ad oblectandum te? cogita tecum, an sensus communis id ferat.

20. Natura rei cuiusque rationem habet; tam ad finem, quam ortum et durationem: quemadmodum et is, qui pilam mittit, pilae pariter rationem habet. ecquid autem pilae, vel sursum missae boni, vel descendenti cadentique mali? ecquid et bullae vel consistenti boni, vel subsidenti mali? de lucerna idem dictum sit.

21. Inuerte corpus tuum, atque inspicere, quale sit, ubi senuerit; quale sit, ubi morbidum fuerit; quale sit, spiritum ubi efflauerit. brevis autem est vitae et qui celebrat, et qui celebratur; et qui commemorat pariter, et qui commemoratur. ad haec et in plagae istius angulo duntaxat id geritur;

καὶ ἔδδ' ἐνταῦθα πάντες συμφωνῶσι, καὶ ἔδδ' αὐτὸς τις ἑαυτῶ καὶ ὅλη δὲ ἡ γῆ συγμῇ.

κβ'. Πρόσχε τῷ ὑποκειμένῳ, ἢ τῷ δόγματι, ἢ τῇ ἐνεργείᾳ, ἢ τῷ σηματομένῳ· δικαίως ταῦτα πάσχεις· μᾶλλον δὲ θέλεις ἀγαθὸς αὔριον γενέσθαι, ἢ σήμερον εἶναι.

κγ'. Πράσσω τι; πράσσω ἐπ' ἀνθρώπων εὐποιῶν ἀναφέρων· συμβαίνει τι μοί; δέχομαι, ἐπὶ τὰς θεὰς ἀναφέρων, καὶ τὴν πάντων πηγὴν, ἀφ' ἧς πάντα τὰ γινόμενα συμμηρέται.

κδ'. Ὅποιόν σοι φαίνεται τὸ λούεσθαι; ἔλαιον, ἰδρωὺς, ῥύπος, ὕδωρ, γλοιῶδες, πάντα σικχαντὰ. τοῦτον πᾶν μέρος τῆ βίᾳ, καὶ πᾶν ὑποκείμενον.

κε'. Λέκιλλα Οὐῆρον· εἶτα Λέκιλλα. Σέκσιδα Μάξιμον· εἶτα Σέκσιδα. Ἐπιτύγχανος Διότιμον· εἶτα Ἐπιτύγχανος. Φαυσίαν Ἀττωνῖνος· εἶτα Ἀττωνῖνος, τοιαῦτα πάντα. Κέλερ Ἀδριανόν· εἶτα Κέλερ. οἱ δὲ δριμυεῖς ἐκῆνοι, ἢ προγνωσκῆ, ἢ τετυφωμένοι, πῦ; οἶον.

ubi etiam neque omnes inter se consentiunt, neque quisquam sibi. denique terra omnis puncti instar habet.

22. Animum aduerte praesenti vel decreto, vel facto, vel dicto. merito haec pateris, qui bonus maius cras fieri, quam esse hodie.

23. Facio quidquam? ita facio, ut ad homines iuandos referam. contingit mihi quidquam? ita excipio, ut ad deos referam, fontemque rerum omnium, a quo, quaecumque fiunt, ordine praestituto derivantur.

24. Ipsum lauari quale quid tibi videtur? oleum, sudor, sordes, aqua, strigmentum; putida omnia. tale quiddam est et vitae pars quaevis, et materia subiecta quaelibet.

25. Lucilla Verum *extulit*; mox et Lucilla *ipsa elata est*. Secunda Maximum; mox et Secunda. Epirynchanus Diotimum; mox et Epirynchanus. Antoninus Faustinam; mox et Antoninus. Celer Hadrianum; mox et Celer. huiusmodi sunt omnia. quin et solertes illi, aut futurorum praescii, aut fastu inflati, vbiinam iam sunt? solertes, inquam, quales

Θεομαῖς μὲν, Χιάρᾱξ καὶ Δημήτριος ὁ Πλατωνικός, καὶ
Εὐδαίμων, καὶ ἑῖς τις τοιαῦτος. πάντα ἐφήμερα, τεθνη-
κότα, πάλα· ἐνίοι μὲν ἐδὲ ἐπ' ὀλίγον μνημονεσθέντες·
οἱ δὲ εἰς μύθος μεταβαλόντες· οἱ δὲ ἤδη ἐκ μύθων
ἐξίτηλοι. τέτων ἔνι μεμνησθαι, ὅτι δέησει ἥτοι σκεδασθῆ-
ναι τὸ συγκεματίον σῶμα, ἢ σβεσθῆναι τὸ πνευμάτιον,
ἢ μεταστῆναι, καὶ ἀλλαχῇ καταχθῆναι.

κς'. Εὐφροσύνη ἀνθρώπου, ποιῆν τὰ ἴδια ἀνθρώ-
που. ἴδιον δὲ ἀνθρώπου, εὐνοία πρὸς τὸ ὁμόφυλον, ὑπερ-
όρασις τῶν αἰσθητικῶν κινήσεων, διάκρισις τῶν πιθανῶν
Φαντασιῶν, ἐπιθεώρησις τῆς τῶν ὅλων φύσεως καὶ τῶν
κατ' αὐτὴν γινομένων.

κζ'. Τρεῖς χρόσις· ἡ μὲν πρὸς τὸ αἴτιον τὸ περὶ
κείμενον· ἡ δὲ πρὸς τὴν θεῖαν αἰτίαν, ἀφ' ἧς συμβαί-
νει πᾶσιν πάντα· ἡ δὲ πρὸς τὰς συμβαιντάς.

κη'. Ὁ πόνος ἥτοι τῷ σώματι κακὸν· ἐκὲν ἀπο-
φαινόσθω ἢ τῇ ψυχῇ· ἀλλ' ἐξέστω αὐτῇ, τὴν ἰδίαν αἰ-
θερίαν καὶ γαλήνην διαφυλάσσειν, καὶ μὴ ὑπολαμβάνειν,

Charax, Demetrius Platonicus, Eudaemon, et si quis alius
eiusmodi. omnia caduca sunt, et iam olim morte sepulta sunt:
alii nec breuem sui memoriam sunt consecuti; alii in fabulas
abierunt; alii etiam e fabulis euauerunt. horum ergo me-
mineris, aut compagem tui dissipatum iri, aut extinctum spi-
ritum, aut migraturum, atque alibi dispositum.

26. Homini volupe est, quae hominis propria sunt, fa-
cere. proprium autem est hominis, contribuli suo beneuolum
esse, sensuum motus infuper habere, visa probabilia discer-
nere, vniuersi naturam, eaque, quae secundum hanc fiunt,
contemplari.

27. Adfectiones singuli quique tres habent; vnam ad
causam ambientem, alteram, ad causam diuinam, a qua pro-
ueniunt omnibus omnia; tertiam, ad eos, quibuscum in hac
versatur.

